





DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE

INCENDIIS

ex l. 2. & 3. §. 1. ff. de off. pref. vig. l. 27. §. 9. ff. ad l. Aqu.
l. 5. §. 4. ff. commod. l. 57. pr. ff. de administr. & peric. tut. l. 58. ff. de legat. 1.
l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 9. & 11. ff. de incend. ruin. naufr. l. 28. §. 12.
ff. de poen. l. 5. c. de peric. & comm. rei vend. l. 18. c. de furt. §. 3. Instit.
de empt. & vend. c. pessimam. 22. q. 8. Deuter. 22. v. 22. Jerem.
15. v. 14. & aliis Juris Civ. Can. & Div. textibus.

QVAM

DEO *Auspice*

Amplis. Jctorum ordine suffragante,
Nobilissimoq; & Excellentissimo VIRO

DN. D. PETRO MASCOVIO,

Jcto & Antecessore celeberrimo, Consistoriiq;
Ecclesiastici in Pomerania Adfessore gravissimo,
PRÆSIDENTE DECANO SPECTABILI,

PRO LICENTIA

capessendorum U. J. honorum & privileg.

Doctoralium

in famigeratissima Academia Gryphica

in Auditorio majori ad d. 7. Maji
publico Eruditorum examini subicit

GEORG Amsel / Rostoch.

Urbis patr. Secretar.

GRYPHISWALDIÆ

Typis MATTHÆI DOISCHERI Acad. Typogr. 1679.

54
1679
17

50

6789



32

MICHAELIS

32

cl
de
l.
m
in
de
de
co



pic
Ro
ed
na





IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

QUI omnium actionum nostrarum fun-
damentum. Paul. ad Coloss. 3.v.17. c. non licet 26.
q. 5. c. non observetis 26. q. 7. c. cum Paulus 26.1. qv.
1. sub cuius auspiciis gravia levia, obscura
clara, & impossibilia possibile fiunt. l. 1. in pr. & S. 2. C.
de off. Praef. Prat. Afr. l. 1. in pr. & l. 2. S. 1. C. de vet. jur. enucl.
l. DEO nobis 56. C. de episc. & cler. coepta q̄ bonum initium,
melius medium, ac finem optimum sortiuntur. gloss.
in proem. Instit. in pr. ad verb. J E S U. & in rubr. in pr. nov. 1.
de hered. & Falcid. Gvilh. Anth. Freundberg. in proem.
de rescr. morat. n. 32. sub f. & bene universa geruntur &
competenter. text. in nov. 6. in praef. sub f.

PROOEMIUM.



*H*onestum & laudabile est ser-
vire tempori omnium consiliariorum
optimo, inquit Arn. Feron. lib. 7. &
Plut. in Pericle. quod ipsum nescio quis
mibi in aurem insurravit Genius,
quum inauguralem hanc dissertatio-
nem auspicerem. Quis est enim, aut
quotusquisque, quem horribilis flam-
ma lateat, quae post plurimorum Op-

pidorum Meclenburgensium exustiones famigerabile nuper etiam
Rostochium nostrum infestavit, & septingentas, ô dolor, & ultra,
ades miserabili sono conglobavit & permiscuit. Hec quotidiana
na hodie (proh infortunium) sunt, teste Virg. Pingiz. illustr.

Incendium
Rostochi-
ense An. M
DC LXXVIII
à d. XI. Au-
gusti mane
usque ad d.
XIII. ejusd.
Aug. circa
meridiem,
qvæst.

A

qvæst.



2

qvæst. Saxon. 24. in pr. & incendii materia mihi caussa secundum
 l. 5. ff. de ll. & l. 25. pr. ff. de liberat. leg. *Adsit conatibus, non
 Vulcanus aut Vesta, quibus olim sive à Tito Tatio sive Romulo
 & Numa Pompilio sua fana extra urbem Romam adificata
 & vota, ajunt, in magno incendiorum periculo, Rosin. lib. 2. an-
 tiq. Rom. cap. 12. sed DOMINUS DEUS, qui apparuit Moysi
 in flamma ignis. Exod. 3. v. 2. qui Seraphim, h. e. flammeus vel
 ignitus. Casp. Peuc. de divinat. p. m. 368. imposito nomine à chari-
 tatis excessu, ardore vel incendio, post alios Barth. Cassan. part.
 3. catal. glor. mund. cons. 6. qui ignis consumens est, Deuter. 9. v.
 24. quiq; venturus est judicare vivos & mortuos & seculum per
 ignem. Esai. 66. v. 15. & 16.*

DE INCENDIIS

THESES. I.

Optimè Galenus, sine nominis, inquit, explica-
 tione rem velle cognoscere, nihil aliud est,
 quàm tempus velle perdere, referente A zar.
 Sturtz. in disp. polit. th. 2. lit. a. cum enim rei propositæ
 vim declarent ejus explicatio atque etymologia, ver-
 baq; notæ rerum sint. teste Reink. de reg. sec. & eccl. l. 1.
 class. 1. for. c. 1. n. 1. & seq. hisq; duobus, cognitione ver-
 borum scilicet & rerum, nitatur Jurisprudencia nostra,
 velut ex Gal. refert Freundb. de rescr. mor. t. 3. concl. 3.
 n. 8. consequens est, tempus & operam perdere, qui
 spretis illis ad rei cognitionem festinant, argt. l. 1. ff. de
 de reb. cred. Tria autem primùm circa incendiorum no-
 men considerata veniunt, derivatio nimirum eorun-
 dem, synonymia ac homonymia.

Thes. 2.

Incendii
 derivatio

Incendium, cujus synonyma sunt incensio, exu-
 stio

3
stio & deflagratio, à verbo incendere dicitur, hinc & Synonymia,
Plautus in *Menach.* sternite lectos, incendite odores.
Virgilius,

Sparge molam & fragiles incende bitumine lauros.

Ecl. 8. & Cicero, inflammari navem incendiq; iussit, *7. Verr.* Germanicè anzünden/ anstecken. Calep. in *Lex.* idq; à candeo, propriè ignitum esse glüen/ unde ferrum candens, Lucret. prunæ candentes, Claud. candente carbone sibi adurebat capillum, Cic. *2. off.* à quo etiam caneo & canus quasi candus, item cicindela, muscarum genus noctu ignium modo lucens, *de qua inf. tb. 5.* à cis & candeo, nec non candela, ut à niteo nitela. Becman. *de orig. lat. lingu.* à cando, quod vetustum est pro candere facio. post Fabr. Corvin. in *font. lat.*

Thef. 3.

Viso nomine rei propositæ, in homonymiam nunc Incedit
inquiratur operæ pretium est. Sic vel propriè incen-
dium sumitur modò pro actu conflagrationis, ut in il-
lo Plinii, donec id delubrum incendio consumptum
est. *lib. 12. cap. 19. & tit. ff. de incend. ruin. naufr. l. 3. in f. pr.*
ff. de fer. l. 18. C. de furt. & l. 5. C. de peric. & comm. rei vend.
& passim alibi in iure, modò pro ipso damno ex in-
cendio dato, modò pro crimine incendii. Meur. in *Col-*
leg. Argent. tit. de incend. ruin. naufr. n. 2. vel figuratè &
per metaphoram, tum pro bello aut clade. Sic Florus,
malè obrutum resurrexit incendium, *lib. 3. cap. 21. n. 9.*
ibiq; Freinshem. in *ind.* tum pro vehementia amoris;
Ita, ex amore tantum homini incendium est, inquit il-
le apud Plaut. in *Asin.* qualiter etiam ignis multa impro-
pria significata sustinet, dum in divinis pro spiritu Do-
mini, *Luc. 3. v. 16.* pro Angelo & ministro DEI, *Pf. Dav.*
104. v. 4. pro discordia super Evangelio, *Luc. 12. v. 49.*

A 2

pro

4
pro cruce & tribulationibus quibuscunq; & pro qua-
vis re lædente atque noxia, interdum etiam pro gra-
visimis tentationibus, quæ hominem sicut ignis ad-
urunt & exsiccant, Esa. 29. v. 6. & 43. v. 2. I. Corinth. 3.
v. 13. Fel. Bidemb. in prompt. exeg. app. class. 7. cas. 3. imò
pro amore quoque in profanis ponitur, juxta hoc O-
vid. Nas. lib. 2. Trist.

tenerosq; Amaryllidis ignes.

atque pro ira, ut in illo Virgil. Æn. 2.

Exarsere ignes animo &c.

Et hæc vocis incendiolorum derivatio atque homony-
mia, in quibus Grammaticorum etiam, Poëtarum &
Oratorum aliorumq; auctoritates referre placuit, cum
eorundem etiam auctoritates in jure allegari possint,
velut monent Tiber. Decian. resp. 123. num. 21. vol. 3. &
interpretes, interq; eos Casp. Mantz. ad §. 1. Institut. de
donat. pr. de l. Aquil. & §. 2. de empt. & vend.

Thef. 4.

Incendii
definitio.

Animadvertendum est, quid sit, de quo quæri-
tur, asserit Julianus in l. 13. §. 3. ff. de reb. dub. & defini-
re cordato viro dignum, c. clericus qui caus. 12. qv. 1. Itaq;
& ipse definitionem vocis incendiolorum præmitto se-
quentem: *Incendium est ignis vehemens atque
insolitus vi superiore & fortuito, aut naturâ re-
rum, aut culpâ aut dolo malo concitatus, in exi-
tium & devastationem sæviens. l. 5. C. de peric. & com.
rei vend. l. 11. ff. de incend. ruin. naufr. l. 9. ff. eod.*

Dixi primò, est ignis vehemens. Ad differentiam
ignis moderati & communis, quem quisque domi suæ
usu exigente & humanis necessitatibus §. 2. Inst. de J. N.
G. & C. excitat, qui plerumque pyritis & chalybis col-
lisione

lisione fit, atque fomite ex linteis vel gossipio crema-
 to & sulphureis filis concipitur. Maximil. Faust. *consil.*
pro arar. class. 16. ord. 627. quem natura mortalium desi-
 derat, quæ aquâ & igni carere non potest; cum hæc ^{Aqua & i-}
 duæ res humanam vitam maximè contineant, ^{gnis duæ} Fest. *in* ^{res in vita}
verb. aqua. cum aqua res adeò pretiosa, ut & producat ^{necessariæ.}
 & augeat unà cum terra & cum anni temporibus o-
 mnia, quæ nobis usui sunt, simulq; nos etiam alat; cum
 ignis nobis opem adversus frigus & adversus caligi-
 nem ferat, nosq; in omnibus opificiis, rebusq; ceteris,
 quas utilitatis causâ suscipiunt homines, adjuvet. ait
 Xenophon *lib. 4. memorabil. p. m. 800. lit. E.* Vehemen-
 tem juxtâ & insolitum vocavi, quoniam & alii ignes
 violentiores ordinatè excitari soliti in opificiis pyro-
 technicis, videlicet in salinis, *Wesemb. part 5. cons. 277.*
n. 26. sale ex aquis falsis ignis adminiculo excoqven-
 do, de quo Max. Faust. *cons. pro arar. class. 16. ord. 1133.* si-
 ve ad balnei vel furni calefactionem, sive ad calcem
 vel ad aliam rem coqvendam *l. 55. §. 3. ff. de legat. 3.*

Dixi secundò vi superiore aut fortuitò, aut natu-
 râ rerum, aut culpâ aut dolo malo concitatus: nimi-
 rum his modis contingere incendium solet. Interdum ^{Incendium}
 enim vi superiore fataliter & divinitus nullâ præce- ^{vi superio-}
 dente culpâ incendium nascitur, quando à cælitus e- ^{re & for-}
 misso fulgure ex voluntate seu permissione divina ^{tuitò fa-}
 absque hominis facto causatum fuit, aut quando su- ^{ctum.}
 bitâ vi ventorum aut tempestate exortâ in agro meo
 ad comburendum stipulas incensus ignis ulterius e-
 greditur, incendensq; ego omnia, quæ oportuit, ne
 ignis longiùs procederet, observavi, ut culpa mihi im-
 putari non possit, *l. 30. §. 3 ff. ad l. Aquil. Angel. Aretin.*
de malefic. in versic. incendiario. p. m. 329. n. 9. in med. aut.

A 3 cum



cum à publicis hostibus immisus, ex Roland. Marian. Soc. & aliis Farin. *in prax. crim.* q. 110. n. 38. 39. 40. & 141. cujus præsumptio, si ortum habuit in loco, in quo ignis foveri non consuevit, vel si prius ex parte exteriori quàm interiori ædificiũ arsit. Rol. à Vall. *vol. 2. cons.* 95. n. 18. Ad quod casuale incendiũ refero etiam, si Principis in honorem emissa spectacula, ex pulvere nitrato confecta, pyria sive ignaria dicta künstliche Feuerwerck/ veluti globi ignivomi, rotæ, Raketti, Raketen/ Feuer- Käder/ Feuerfugeln/ &c. Dracones, Leones & id genus alia simulacra ignes evomentia, ignes volantes, præter spem malè fluxerint. Maximil. Faust. *cons. pro erar. class.* 16. ord. 1233. *vid.* Sebast. Med. *de cas. fort.* p. 11. q. 13. n. 6. *vers. item factum Principis.* & p. 2. q. 12. n. 23. Quandoque ex rerum natura incendium concitatur, ut in locis sulphureis & bituminosis facilè ignem concipientibus; in sylvis quoque ex collisione arborum. Petr. Gr. Tholosan. *Syntagm. jur. univ. lib. 36. c. 19. n. 6. vid. th. seq.* Plerumque culpâ præcedente, l. 3. ff. *de off. pref. vig.* eaq; vel latâ vel levi vel levisimâ, cujus præsumptio est, si quis à vicinis, ut sese curiosiorem in præcavendo igne exhibeat, admonitus nihilominus suo more & remigio rem gesferit. Latâ factum dicitur, si per summam, dissolutam aut supinam alicujus negligentiam exortum sit; gr. ex. Si quis locum ignis fovendi & braxandi causâ destinatum stramine, fœno canabe aliisq; ejusmodi rebus replevit, & sic incendii causam præbuit. Levi, si fiat per incuriam ejus, qui in habendo & custodiendo igne non eam diligentiam adhibuit, quam quilibet prudentes & frugi patresfam. ad eum modum, quem hominum natura desiderat, rebus suis adhibere consueverunt, veluti si quis in camino

Ignes arti-
ficiosi,
Feuer-
Wercke.

Incendium
naturâ re-
rum factũ,

Incendium
culpâ fa-
ctum.

m
n
n
d
q
p
p
re
o
C
v
e
e
m
t
n
12
te
ap
ca
p
ci
pu
lo
Ca
un
ca
seq
gn
ce
M
par



mino purgando negligentem se exhibuit, vel caminum ita depressum construxit, ut tectum altitudine non superet, vel non attingat. Levis sima culpa tum dicitur factum incendium, si factum fuerit propterea, quod quis omiserit vel non fecerit, quod optimus, prudentissimus, diligentissimus & maxime industrius paterfam. non omissurus vel factururus fuisset, etsi is in rebus suis, ut alius paterfam. bonus & diligens, hoc omittere vel non facere consueverit. ex Rauch. Joan. Cöppen. 2. obs. pract. 48. n. 2. nempe si fornicarius servus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuerit exusta. text. in l. 27. §. 9. ff. ad l. Aquil. Nonnunquam etiam dolo malo & ex proposito aut data opera vel malitiosè à sciente prudenteque incendium committitur ab illis, quos germanice appellamus die Mordbrenner / item die böshaffte Brenner / const. Carol. crim. art. 125. qui auctoritate propria civitatem, villam, segetem, domum vel arbores incendunt, vel similia igne apposito ex odio vel vindicta, inquit Lang. in polyantb. ad vocem incendii, tom. 1. p. m. 1416. Indicium ejus est (1) preparatio facum ignearum, vel aliarum materiarum ei fini destinatarum, (2) si quis aliàs suspectus cum pulvere nitrato vel aliis instrumentis visus fuerit in loco proximo, ubi incendiū exortum, art. 41. const. crim. Car. V. (3) si in eo loco paulò ante visus fuerit, etiam unico teste omni exceptione majore, nisi probabilem causam probet. Carpz. part. 3. crim. qv. 122. num. 80. & sequ. Brunnem. de inquisit. cap. 8. memb. 5. n. 8. si talis ignem expressè aut tacitè minatus nebulo, & minas incendium mox subsecutum fit. d. const. Carol. art. 44. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 106. n. 4. adde Carpzov. part. 1. crim. q. 37. n. 87. & 89.

Incendium
dolo malo
factum.

Dixi

Incendii
damnum

8

Dixi tertio, in exitium & devastationem sæviens. Scilicet pluit super Sodomam & Gomorram sulphur & ignem DOMINUS, & subvertit civitates has, & omnem circa Regionem, universos habitatores urbium, & cuncta terræ virentia, inquit Moses *Genes. 19. v. 24. & 25.* Et à DEO egressus est ignis, qui devoravit filios Aaron, *Levit. 10. add. inf. all. c. 1.* Proph. Amos, per tot. Hinc Jodoc. Damhouder. *in pract. rer. crim. c. 103. n. 1.* incendii crimen ad tuendam humanæ societatis conjunctionem perniciosissimum, & ad eam prorsus tollendam scelus cum primis accommodum, atque incendiarios pestes vocat planè lethales, imò naturæ inimicos [cum aliorum incendiant domos, quas natura sagaciter excogitaverit ad tutandos homines ab imbris, à ventis, tempestatibus & reliquis cæli injuriis; à feris, à lupis idq̄ genus hominum hostibus; *l. 18. ff. de in jus voc. quas & Deorum Larium sedes Ethnici existimaverint, Rosin. l. 2. antiqu. Rom. c. 14.*] qui ob inimicitias vel prædæ causâ incenderint. Callistr. *in l. 28. §. 11. ff. de pæn.* & summus Pontifex depopulatricem incendiariorum malitiam nominat, in c. pessimam *23. q. 8.* Sic Carthago semel, bis Troia flammis exusta. testibus Hist. Cui congruit, quod Chrysoft *homil. 2. ad Ephes.* non vides ignis, inquit, immodestiam & insolentiam? quomodò, quando domos apprehenderit, nusquam se sistat, sed si aliqua tenuerit, omnia diruat? & Liv. Romæ fædum incendium per duas noctes & diem unam tenuit, solo æqvata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio Jugarioq̄ vicò: in templis Fortunæ ac matris Matutæ & spei extra portam latè vagatus ignis sacra profanaq̄ multa absumpsit. *lib. hist. 24. p. m. 261. n. 20.* velut hoc combustorum

9
storum & igne devoratorum exempla plura sacra &
profana, inter alia Carthaginis, Flor. lib. 2. rer. Rom. c.
18. n. 8. Venetiarum, Mechliniæ, pagorum plurium
in Frisia, arcis Limburgensis, Fam. Strad. de bell. Belg.
dec. 1. lib. 5. p. m. 239. & lib. 7. p. 309. & 337. & lib. 10. p. 486.
item Nicomediæ urbis, & illud navigiorum Nicosien-
sium à puella Cypria suscitatum, Demmini & Bardæ &
Pomeranorum, incendium, de quibus in subsequenti-
bus, passim docent, & calamitosa Megalespoleos
nostræ facies affirmat.

Thef. 5.

Causa efficiens incendii, prout vi superiore & Incendii
fortuito, aut naturâ rerum, aut culpâ, aut dolo malo, causa effi-
ut dixi, accidit, varia est, eaque principalis vel minus ciens
principalis. Ita immediatè DEUS ad vindicanda ho- DEUS,
minum flagitia ministerio suorum elementorum utens
causâ principalis incendiorum Sodomæ & Gomor-
ræ, all. c. Gen. 19. v. 24. 25. geminarum item urbium Po-
meranarû Demmini & Bardæ ann. 1407. & 1495. qua-
rum Zeilerus meminit cent. 4. epist. 83. p. m. 591. ignis di-
vinus interempti Nadab & Abiudis Levit. 10. v. 2. ignis
cælestis absorptionis militum Ahasiæ, 2. Reg. 1. v. 10.
ovium & servorum Hiobis, Job. 1. v. 16. extremæ ca-
strorum partis filiorum Israël murmurantium. Num.
11. c. 1. v. 1. sacrificii Eliæ, 3. Reg. 18. v. 38. & quinqu-
genariorum Ochoziæ 4. Reg. 1. v. 12. ignis etiam æthe-
reus in uestionibus Romanorum Regis Tullii Hostilii
ac Imperatoris Cari. Franc. Petrarch. de remed. utriusq;
fort. lib. 1. dial. 34. & lib. 2. dial. 55. & duorum puerorum
cum duobus equis fulminatorum in campo prope
Stutgardiam. Fel. Bidemb. in prompt. exeq. app. class. 7.
cas. 4. exempl. 1. add. Kornman. de mirac. mort. part. 6. c. 31.

B

& 33.

Diabolus. & 33. it. Mart. Zeiler. cent. 4. ep. 72. in pr. Diabolus, in pago Camontino ad Rhenum sub humana effigie horrea & casas omnes succendens atque exurens, qualiter ex Aventino historiam memorat Camer. oper. subci-
Rerum natura. siv. cent. 1. c. 74. Rerum natura, ignium nocturnorum, quales ab Euph. Lufin. in Satyr. candelæ ardentes, vulgò fatui vel erratici ignes, aut etiam ambulones (à circumvagatione) germanicè *Irwisch* / vocantur, ex fæculento, putri, igneo, crasso & oleagineo facilè impressione factâ in aëre ignescenti halitu circa cadaverosa patibula, cœmiteria, coqvinas, ædes sacras, sepulturas & alia loca uliginosa & viscida, ubi potissimum ludiciæ istæ faces appareant, sua sponte inflammatorum, aliorumq̃ repentinarum ignium in aquis existentium, de quibus consule Plin. lib. 2. c. 107. Jul. Obsequent. lib. de prodig. it. Joh. Jonston. *thavmatogr. natur. class. 3. c. 3.* ac allegatos apud Camer. scriptores cent. 3. op. subc. c. 16. Rerum quoque natura, Hieræ Insulæ Æoliæ in medio mari cum ipso mari per dies aliquot adusta, Plin. lib. 2. c. 106. Terræ uliginosæ & flammigeræ prope Gratianopolim Allobrogum ad fontem, quem Ardentem vocant, è qua stramen admotum posito accendi, *ibid. in annotat.* cujusmodi etiam illa famosa insignis veneficæ Medæ corona mixta pice, bitumine Judaico, sulphure, naphtha, oleo, resina, aliisque rebus calidis, quâ interiit Creon, quæ è faculis longè positis ignem concepit, ut ait Galen. lib. 3. de temperat. & 1. de simpl. Med. facult. cujusmodi & lignum oleaginum, cuius Aristophanes meminit his verbis:

εάν γδ αὐτίω εἰς μόνον πινθὴν λάβῃ,
 ὡς πάλαιαν εἰρεσιώδη χάσεται.
 Si enim ipsam una sola scintilla cæperit,

Tan-

Tanquam antiquum ramum oleagineum comburet.
 nec non ortum ex conflictu arborum incendium, teste
 Lucret. 1. de rer. nat.

*At sepe in magnis sit montibus, inquis, ut altis
 Arboribus vicina cacumina summa terantur
 Inter se, validis facere id cogentibus Austris,
 Donec fulserunt flammæ fulgore coorto.*

cujusmodi quoque limus flagrans maltha vocatus.
 Plin. lib. 2. c. 104. item loca perpetuis ignibus infamia,
 veluti; Æthna, Vesuvius, mons Chimera, Hephesti
 montes, Cophanti vertex, Cœstia atque Babyloniæ
 campus aliaq̄ plura, apud Plin. lib. 2. nat. hist. c. 106. Ju-
 stin. lib. 4. & Plin. jun. in epist. ad Corn. Tac. nat. hist. præfixa.
 Cujus denique etiam generis, quod citatus supra Jon-
 stonius in thav motographia naturali classe 3. cap. 4. tit.
 de igne lambente refert, dum inter alia & in insectis ali-
 quid ignei apparere ait; In Insula Solebe tam excel-
 lentes singulis muscas splendere noctibus, ut singulæ
 appareant faces; Vermem figurâ stellæ reperiri, qui
 noctu luceat ut stella; in Hispania novi orbis mu-
 scam scarabei magnitudine, vagini pennis, Cocuium
 nomine, cujus oculi noctem illuminent, ut cerea can-
 dela pro lucerna sit noctu ambulanti- bus, pro ellych-
 nio in cubiculis, ad cujus lumen legi scribiq̄ possit, Milites.
 nec tantum vivæ, sed & mortuæ. Atque cicindulam
 inclusam pugno, si quis per rimam in maximè tene-
 bricosa nocte aspexerit, lucem emittere. d. l. Porro
 immediatè milites principalis causa in conflagratio-
 nibus propugnaculorum hostium, unde idem supra Incendiari
 adductus Petr. Arsit & templum, inquit, cœli DEO
 sacrum Hierosolymis, ipsis etiam, qui incenderant,
 miserandum hostibus. *ibid.* Incendiarii nefariè con-

Inhabitatores, crematarum ædium. Conductores, inhabitatores, prædiorum, & quisque præterea maleferiatus & incuriosus ignium paterfamilias. *l. 3. §. 1. in f. ff. de off. præf. vig.* Malitia hominum, *Malitia hominum, it. 18. v. 20. it. 19. v. 24. & 25.* diræ & imprecationes, ex quibus publico Deum fato binæ supra denominatæ Civitates in Pomerania incensæ. Mart. Zeil. *all. l. vid. tb. 8. inf.*

Thes. 6.

Incendii objectum, Objectum sive materia, circa quam versatur incendium, omnia sunt aut divinitus prodita aut artificum manu fabricata opera, videlicet sylvæ & arbores, frumenta germinantia, Civitates, pagi, villæ, templa, arces, domus, horrea, stabula & naves, similiaq; alia: vid. Damh. *præf. rer. crim. c. 103. n. 2.* omnia enim ignis occupat, & in se omnia convertit. teste Senec. *natur. quæst. 3. c. 13. l. b.* Ita putres & limosæ arenæ ardent etiam, ceu de Sicilia, Campania, Phaselidis, Lyciæ, Bactrorum, Medorum Susorumq; crebris incensionibus claris locis retuli in anterioribus. Sicq; ignis suum calorem etiam in ferro tenet, ajente P. Syr. Mim. & mundum mox ipsum frequentiam incendiorum ignem futurum credimus. Rauchb. *qv. insign. part. post. q. 10. add. Senec. natur. quæst. 113. c. 13.*

Thes. 7.

Incendii Requisita, Requisita incendiolorum sunt horribilis & fumosa inflammatio, & desperatus flammarum turbo inusitataq; calefactio; nempe ubi jam ignis solito licentius evagatur & progreditur, *l. 27. §. 9. & l. 30. §. 3. ff. ad l. Aquil.* **Incendium navium,** juxta Poëtæ illud de incendio navium Nico siensium:

*Nec plura bis, jaculata facem stetit. Ilicet arsit
Exemplò fulgur, tonitruq; exterrita pinus*

Eve-

Evomuit flammaram undas, & fragmina caelo
Sustulit avulsa disiectâ mole carina.

Nec tantum, ruptis quoties fornacibus Ætæna
Horrendum sonat, accensas liquefacta per auras,
Saxa volant, piceusq; ambusta nimbus arena
Pellitur, atque imo discluditur insula fundo:
Horrisco quantum tabulata excussa, fragore
Aëre disiliunt, truncisq; cadavera membris,
Seminecesq; artus, & grandes orbe molares,
Fragrantessq; trabes nube obvolvuntur eadem,
Et caelo confusa gemunt; magno inde sonore
Præcipitant, pelagus stridenti extinguit in unda.

Nec verò stetit hic strages, sed tempore eodem
Africus incumbens pelago tadasq; volantes
Præcipientesq; globos & saxa reciproca longè
Detulit, & socias subeuntes ponè carinas
Involvit flammis: illa piceo unguine pingves
Accipiunt inimicum ignem, similiq; fatiscunt
Clade amba. furit immisis Vulcanus habenis
Transstra per, & liquidis manantia robora ceris
Avulsasq; trabes determinat æquore toto,
Tristes reliquias. Fluitat captiva supellex,
Scuta virum, galeaq; & Cypria gara per undas,
Signaq; raptâ Ducum, transfixaq; pectora remis,
Et singultantes extis fumantibus artus.

Quin etiam extincti passim super æquore pisces
Ex illo visi, tabulaq; in gurgite vasto
Innantes, & adhuc incendia sola ferentes.

Multa quoque ad terras semivivis corpora formis
Venerunt, astus ejectione furentis.

apud Fam. Stradam lib. 2. prolus. Acad. 3. p. m. 275. junge,
quæ prolixius supra th. 4.

Incendii fi-
nis.

Finis incendiorum vel internus vel externus est. Internus, depopulatio & consumptio, de quibus *in th. 4.* satis. Externus, ira & poena divina. Nimirum, videns DOMINUS, inquit Moyses, quod multa malitia hominum esset in terra, & cogitationes eorundem pravæ omnibus diebus, poenituit eum, quod hominem fecisset in terra; Et tactus dolore cordis, delebo, dixit, hominem quem creavi, à facie terræ &c. *Genes. 6. vers. 5. 6. & 7.* & porro: Dixit DOMINUS, clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus, & peccatum eorum aggravatum est nimis, descendam & videbo. Et DOMINUS pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem. *Genes. 18. v. 20. & 19. v. 24.* Et alibi. Dicit DOMINUS, propter tria scelera Damasci & propter quatuor non parcam ei; & mittam ignem in domum Azaël, & devorabit palatia Ben-adad. *Proph. Amos 1. v. 3. 4.* & per tot. Et pluet, inquit David, super peccatores laqueos, ignem & sulphur. *Psal. 11. v. 6.* Hinc Herod. atrociam, inquit, scelera atrocibus suppliciis à DEO puniuntur. *lib. 3.* & Liv. superbiæ crudelitatiq; etsi seræ, non leves tamen poenæ veniunt ab eo qui est, & humana non negligit. *dec. 1. lib. 3.* quibuscum apprimè convenit, quod *in nav. 46.* Imperator ita: DEUS respicit quæ geruntur ab hominibus, & si quid egerint per dolum aut lucrum aut machinationem, hoc in suis recipient animabus viventes ac morientes. *c. 1. in f.* Rectè itaque & argutè Plinius. Incendia puniunt luxum, nec tamen effici potest, ut mores aliquid ipso homine mortalius intelligant. *nat. hist. lib. 36. c. 15.* Hæc similesq; poenæ interdum castos & innocentes juxta cum impiis & incestuosis occupant,

15
pant, secundum illud Horat.

*sape Diespiter
neglectus incesto addidit integrum,
raro antecedentem scelestum
deseruit pede poena claudo.*

lib. 3. carm. od. 2. ibicq̄ Bont. in not.

Thef. 9.

Effectus incendii pro diversitate causæ ejus ex Logicorum præceptis quadruplex est (1) in specie effectus efficientis, (2) materiatus, (3) formatus, (4) finitus seu destinatus.

Thef. 10.

Effectus efficientis incendii à causa efficiente proveniens consistit in obligationibus & actionibus pœnisq̄ inde proficiscentibus. Nimirum expediti juris est, quovis ex delicto nasci obligationem, ex obligatione actionem, ex actionibus pœnas. Ita dolo malo & de industria perpetrantes incendium jure Justiniano quandoque bestiis objiciuntur aut comburuntur, l. 9. & l. ult. in f. ff. de incend. ruin. naufr. quia istæ duæ pœnæ æquiparantur, Schneidw. ad §. 13. Inst. de leg. Aquil. n. 4. in f. quandoque capite puniuntur, l. 28. §. 12. ff. de pœn. l. 1. in pr. & l. 10. ff. ad l. Corn. de Sicar. l. 11. C. qui acc. non poss. quandoque etiam deportantur, d. l. ult. in f. ff. de incend. ruin. naufr. secundum qualitatem incendii & personarum delinquentium, h. e. prout incendium in Civitate, aut extra, commissum, prout magnum id vel parvum, & prout incendiarius vilis, vel nobilis, vel aliàs in dignitate constitutus, aut doli capax; expenso etiam, an malitia ætatem suppleat. Rat. quia malitia ætatem justam esse repræsentat. Gotofr. ad l. 3. C. si min. se maj. dix. Farinac. 3. prax. & Theor. crim. q. 92. n.

Incendii
effectus ef-
ficientis.

Incendii
dolosi pœ-
na jure Ju-
stiniano.

10. &

10. & q. 110. c. 1. n. 5. Gilhaus. *arb. jud. crim. c. 2. t. 11. n. 2. it.*
 Schneidw. *d. l. n. 5.* Masculus verò an foemina sit, nihil
 refert. idq̄ ob identitatem rationis, quæ idem jus fa-
 cit, *l. 32. ff. ad l. Aquil.* & quod sexûs muliebris fragilitas
 foeminam à pœnis ordinariis non excusat, nisi in casi-
 bus à jure expressis. Farinac. *3. oper. crim. q. 98. num. 11.*
 Carpz. *part. 1. rer. crim. n. 19. & 21.* de jure Canonico, In-
 incendiarii ecclesiarum seu rerum ecclesiasticarum, qui
 scilicet dolo malo in Ecclesiam vel alia pia loca ignem
 injecerunt, ultra damni restitutionem excommunicati
 sunt ipso facto; incendiarii rerum profanarum excō-
 municandi sunt, factaq̄ publicatione ab ecclesia non
 ab alio absolvi possunt, quàm à summo Pontifice, *c.*
tua nos 19. extr. de sentent. excommunicat. nisi in mortis ar-
 ticulo, quo casu quilibet sacerdos eos absolvere pot-
 est, & absoluti sepeliri in cœmeterio seu loco sacro.
 compelluntur tamen heredes ad satisfaciendum, qua-
 tenus facultates defuncti ferunt, illis qui per incendi-
 um damnum passi sunt, ut saluti animæ consulatur,
 cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur abla-
 tum. *c. in literis 5. extr. de raptor. incendiar. & violator.* Andr.
 Vallens. *in paratit. Jur. Can. d. t. §. 3. n. 4.* jung. Menoch.
de arbitr. jud. centur. 4. cas. 390. n. 30. & 40. Damhoud. *in*
pr. rer. crim. c. 103. n. 13. & seq. Ex constitutione crimi-
 nali *Car. V. 125.* & de consuetudine, quicumque incen-
 dii rei ignis & flammarum supplicio vivi adficiuntur,
 nullo locorum personarumve status observato discri-
 mine. Steph. *in d. const. Carol. d. art.* Jo. Köppen. *2. obs.*
pract. 133. n. 7. Add. Amad. Eckolt. *in compend. tract. Pand.*
tit. ad l. Cornel. de Sicar. §. ult. etsi materiam saltim igni ex-
 citando aptam depositam inflammârint, nec ullum
 prorsus damnum per incendium datum, Carpzov. *Ju-*
risspr.

Incendii
 dolosi pœ-
 na jure Ca-
 nonico,

Incendii
 dolosi pœ-
 na ex Con-
 stit. crim.
 & de con-
 suetudine,

*vispr. for. R. S. part. 4. const. 17. def. 4. n. 1. quoniam conatus mediis ad extremum finem tendentibus conjunctus etiam punitur, præsertim si graviorum delictorum numero finis ille continetur. Clar. 5. sent. §. ult. q. 92. n. 2. Gotofr. ad l. 18. ff. de pœn. idq̄ ob gravitatem hujus dolosi incendii per se, tanquam in privatorum plurium atque Reipublicæ interitum tendentis, obq̄ alia eidem annexa atrocissima scelera, veluti asfasinium, homicidium, diffidationem ac rapinam, tum incendiariorum odio, & quod horum morte multorum salus & incolumitas procuratur. l. 10. C. de fer. Petr. Theodoric. in colleg. crimin. disp. 7. tb. 8. ubi insimul distingvendum putat inter incendiarios famosos unter Mordbrenner/ *Incendiarii famosi,* qui vel ab aliis mercede conducti & emissi, vel proprio motu ceu diffidatores ob inimicitias privatas toti communitati damna minati sunt, minasq̄ exequendo, incensis oppidis & vicis, tam innocentibus planè quàm nocentibus nocere laborarunt; & inter temerarios & simplices incendiarios Brenner sonder Mordbrand/ *Incendiarii simplices,* qui vindictæ cupidi ex quadam temeritate unius saltim horrea, fœnilia, stabula, aliave ædificia, maximè prope viam aliode in loco solitario posita nullo extincto homine combusserunt aut comburere conati sunt. Illos dicto modo puniendos, hos ob incendium parvum actualiter excitatum, quo nec perierint homines, nec perire potuerint, nec item damnum vicinis datum, aut facile dari potuerit, ultimo quidem at mitiori gladii supplicio adficiendos, nisi etiam alia delicta concurrant; attentato autem tantum facinore*

C

circa

circa cujusdam in Civitate aut pago aliorum domi-
 bus propinquas ædes, pariter respectu loci periculosi
 capite plectendos; sin circa horreum, stabulum aliud-
 ve extra urbem aut pagum situm ædificium, aliâ cor-
 porali poenâ vel fustigatione vel relegatione castigandos. *ibid.* Et sic pronuntiatur; ut scilicet eadem absumantur poenâ, quam aliis nequiter præparaverunt; ex naturali ratione, quæ dicitur, ut quod quis alteri facere voluerit, ipse patiatur. *t. t. f. quod quisque juris. c. cum omnes. extr. de constitut.* Mart. Zeiler. *cent. 2. ep. 35. circa f.* ut unius poena metus esse possit multorum. *text. in l. 1. C. ad l. Jul. repet.* ut malè meritis publicè exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit. *text. in l. 31. pr. ff. de pos. & malis hominibus provincia purgetur, l. 3. & l. 13. ff. de off. Pras.* extermineturque è Republica malum, quo graviter pax publica violatur, *l. 5. pr. ff. de vi pub.* Excipiuntur infans & furiosus, cum alterum innocentia consilii tueatur, alterum fati infelicitas excuset, *text. in l. 12. ff. ad l. Cornel. de Sicar. jung. l. 9. §. ult. ff. de l. Pomp. de Parric. l. 14. ff. de off. Pras. & §. 8. Inst. de inutil. stipul.* Item incendiarius infantie proximus, quia infantibus æquiparatur, dolo quoque communiter caret, nec multum à furioso distat. *l. 1. §. 13. ff. de oblig. & act. l. 9. ff. de adq. hered. l. 5. ff. de R. J. §. 9. Institut. d. t. & c. 2. extr. de delict. puer.* Carpz. *part. 3. pr. crim. q. 143. n. 9. 10. 11. 12. & 30. & q. 145. n. 9.* nisi quod hic ob malitiam arbitrariè pro ratione admitti carcere aut virgis coërceri privatim per licentem possit. *Mev. in Jus Lubec. lib. 4. art. 3. n. 4. & seq. jung. c. 14. extr. de desponsat. impub. & constit. crim. Car. V. art. 164. ibid.* Matth. Steph. *in not.* Etiam pubertati proximus, itidem propter infirmum iudicium extraordinariè pro arbitrio jus dicentis puniendus. *Hahn. ad Wesemb. tit.*

Incendia-
 rius infans
 & furiosus,

Incendiari-
 us infantie
 proximus.

Incendiari-
 us puber-
 tati proxi-
 mus,

tit. de furt. n. 14. Carpz. d. q. 143. n. 22. Nec non minores, & alii in ipso delicti actu incendio jam exorto verè, licet serò, pœnitentes populumq; extingvenda flammæ ac damni majoris amovendi gratiâ convocantes incendiarii aliquanto mitius, & quidem gladio, plectendi. arg. l. 108. ff. de R. J. l. 16. §. 3. ff. de pœn. Carpzov. part. 1. rer. crim. q. 39. n. 5. 14. & seq. add. Struv. ex. 49. tb. 67. in f. non tamen veniam merentur ad restitutionem se offerentes. Carpz. d. part. 1. rer. crim. q. 38. n. 44. nec objectâ offensione relevantur, cum incendiarii facinus inter modos legitimæ defensionis nunquam referatur, præsertim si diu offensio antecesserit, non enim vim illatam repellit, qui ex intervallo & deliberato animo delinquit. arg. l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. Carpzov. part. 4. const. 17. def. 9. & d. q. 38. num. 60. nec liberandi privatè transigentes, l. 5. §. ult. ad l. Jul. de vi publ. Rob. Marant. spec. aur. part. 3. n. 76. quippe ubi transactione non obstante nec præjudicante ex officio Judex, licet actor deficiat, vigore generalis consuetudinis inquirere, ac pœnam reo ordinariam decernere possit, cum nec impunita maleficia esse oporteat, text. in l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. quolibetq; ex delicto dupliciter, ad pœnam parti applicandam & ad publicam vindictam agatur, l. ult. ff. de privat. delict. Carpzov. pr. crim. part. 3. q. 148. n. 4. Atque hæc ignis pœna obtinet, etiam si iteratò admisum incendium, nisi alia scelera annexa augmentum & exasperationem svadeant. Carpz. part. 1. rer. crim. q. 38. n. 67. & seq. etiam si quoq; ad mandatum alterius facta incensio, quo casu uterq; & mandararius & mandator, incendiarii reus, & comburendus; nec enim refert, propriisne manibus quis incendat, an operâ alterius id faciat; cum is damnum

Incendiarii
minores,
it. pœ-
nitentes,

Incendiarii
ad restitu-
tionem se
offerentes,

Incendiarii
offensio-
nem præten-
dentes,

Incendiarii
transigen-
tes,

Incendium
mandatu
alterius fa-
ctum,

det, qui jubet dare, quiq; facit per aliū, perinde sit ac si
 faciat per se ipsū, *text. in l. 169. ff. de R. J. & c. 72. de R. J. in 6to.*
 cum mandans æquè malefaciat ac mandatarius, imò
 pl⁹ peccet, & primo loco, cum ipse delinqvat, & etiam
 alium ad delinqvendum impellat; nec minus gravi-
 ter mandatarius committat, quod spe lucri & pecuniæ
 immane nefas perficit, siquidem ob pecuniæ interven-
 tum delictum atrocius judicatur. Menoch. *de arbitr. jud.*
lib. 2. cas. 353. n. 4. & cas. 357. n. 16. Mascard. *de probat. l. 2.*
concl. 1012. n. 1. cum al. ib. all. idcirco etiam conductus sal-
 tim incendiarius, nec consummato flagitio, decapi-
 tandus. Carpzov. *d. part. 1. crim. q. 38. n. 51.* Cum hac
 mortis pœna jure communi ad emendationem damni
 incendio dati insimul tenetur incendiarius. Menoch.
l. 2. arb. jud. quest. cas. 390. n. 2. Farinac. *part. 3. prax. crim.*
q. 110. n. 9. & simultaneo processu ad pœnam & ad da-
 mni reparationem criminali & civili actione conveni-
 ri potest. Reyg. *in thes. jur. de incend. n. 12.* quoniam ex
 quolibet, ut jam ante memoratum, delicto duplex a-
 ctio oritur, criminalis ad pœnam publicam, & civilis
 ad damni, vel ejus quod interest, præstationem. *l. 3. §. 6.*
ff. de tab. exhib. l. 9. §. 2. ff. de dol. mal. l. fin. ff. de furt. & d. l.
f. ff. de priv. del. Eadem quoque ignis pœnâ tenentur,
 qui ædes suas proprias incendunt, eo fine, quò, iis
 combustis, ignis vicinorum quoque domus arripiat
 atque absumat; licet flamma mox extingvatur, &
 non nisi incendiarii ædes comburat. Rat. quoniam
 per eos non stetit, quò minus conterminæ ædes insi-
 mul inflammatae. Carpz. *part. 1. rer. crim. n. 46.* nisi quis
 gravatus oneribus collectarum & tributorum ac ædi-
 um suarum pertæsus ea de causa inflammârit, ut one-
 ribus ejusmodi ac molestiis eximeretur, eo in casu,
 pro

In incendiarii
 edium pro-
 priarum,

pro ratione circumstantiarum ac qualitate delicti extraordinariam relegationis pœnam reo decernit Carpovius *lib. 6. resp. Elect. n. 3. & 4.* Pœna incendii culposi ultra damni restitutionem ad quam unâ incendii reus tenetur, *l. 9. vers. si verò. ff. de incend. ruin. naufr. l. 28. §. 12. ff. de pœn. c. 6. extr. de injur. & damn. dat. Gail. 2. obs. 22. n. 2. Berlich. part. 4. concl. 25. n. 17. Carpz. d. 9. 39. n. 39.* vix certa definiri potest, ob culpæ disparitatem, quæ modò lata, modò latisima, quandoque levis, quandoque levisima est, adeoque etiam ipsum variat supplicium, quippe quod commensurari delicto debet. *c. non asseramus. 24. quest. 1. l. 11. ff. de pœn.* Igitur arbitraria est, ultra verò fustigationis pœnam hoc in casu non extendendam ait Carpz. *Jurispr. for. R. S. part. 4. const. 17. defin. 12. per tot.* à qua pœna ebrietas aliquem eximere nequit. *id. Carpz. part. 1. rer. crim. q. 39. n. 36.* Casuale deniq; incendium omnimodò excusationem meretur & impunibile est, *per l. 11. ff. de incend. ruin. naufr. nec etiam civiliter ad aliquam emendationem, multò minus ad damna alia & interesse adstringit illum, in cujus domo habuit exordium. Angel. Aretin. de malefic. in versic. incendiario. p. m. 328. n. 9.* casus enim fortuiti à nullo præstantur. *per l. 23. in f. ff. de R. J. l. 6. C. de pign. act. l. 18. pr. ff. commod. §. f. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. 1. C. de commod. & rationem in tb. 19. inf. usque adeò ut & conductorem à plena mercedis solutione excuset, quemadmodum ex Mozz. in tract. locati. tit. de accidental. n. 30. refert Sebast. Næv. in system. jur. ad l. ex conducto. 16. ff. loc. cond. n. 7. vid. Berlich. d. part. 4. conclus. pract. 25. n. 60. 61. & 63.* ubi certas tamen limitationes subjicit, nisi aliquis culpa appareat, nisi culpa casum præcesserit, & plures, ex quibus ad damnum quis resarciendum con-

Incendii
culposi
pœna

Incendium
casuale ex-
cusabile &
impunibi-
le

demnatur. l. 9. ff. de incend. ruin. naufr. datâ in duplum actione, quæ incendiaria appellatur, aut, si hoc refarcire paupertate nequit, leviter in corpus castigatur, per l. 1. §. fin. ff. de pæn. l. 4. vers. quod si prædictam. C. de serv. fug. 49. ff. de administr. tut. l. fin. in f. C. de sepulc. viol. Ex Wessembec. in parat. ff. de incend. ruin. naufr. n. 6. & Damhouder. in prax. rer. crim. c. 19. n. 15. Gilhaus. arb. jud. crim. c. 2. tit. 11. n. 3. adde Joh. Köpp. 2. observ. pract. 133. n. 8. Secus in malæ fidei possessore, qui tenetur de incendio casu fortuito etiam exorto. per tradita Carpzov. 2. decis. 200.

Thes. II.

Incendii
effectus
materiatus

Effectum incendii materiatus à materia prouentem prunas carbonesve appello, cineremq; aut pulverem, in quem materia usta resoluta est. per notor.

Thes. 12.

Incendii
effectus
formatus,

Effectus incendii formatus à forma progrediens illuminatio est; quoniam naturalis ignis usus facit ad aëris illuminationem de nocte, & in subterraneis aliisve tenebricosis locis. ideò candelarum, lychnorum, lampadum, tædarum, facularum, lucernarum adminicula adinuenta, ut eleganter disserit Max. Faust. cons. pro arar. class. 16. cons. 43. ord. 128.

Thes. 13.

Incendii
effectus finitus,

Effectus incendii finitus seu destinatus, h. e. ordinatus ad finem est exustio atque hinc proveniens damnum & depauperatio. Scilicet bonis meis omnibus amissis nudus ex incendio evasi, inquit dolor apud Fr. Petrarch. supra alleg. loc. Et meritò in incendiarios Carpzovius, quid gravius & atrocius est, ait, igne accendere domos, aut alia bona, unde tam grave exoritur incendia pasorum dispendium, in pr. rer. crim. part. 1.

q. 28.

g. 28. num. 2. Sic multi alii facti de divitibus pauperes,
aut b. habita, C. ne fil. pro patr. [quos ego omnes & singu-
los si heic percensere &

comprêndere coner,

Icaria numerum dicere coner aqua.

Habet tamen hæc sua in Jure multa specialia & privi- Privilegia
legia depauperatio, Christ. Besold. thes. pr. in voce Ar- depauper-
muth. p. m. 57. generaliter & in universum, hoc, ut ob ratorum
eam quis admittatur ad id, ad quod aliàs non admit-
teretur, Anth. Freundb. de morat. ind. concl. 15. n. 31. lit. b.
ut publicè provideri pauperibus arg. l. 2. ff. de nund. o-
porteat, ne moriantur. Goëdd. 4. cons. Marp. 17. n. 18.
Surd. de alim. t. 1. q. 27. n. 4. & 5. quis enim eorum non
miseretur, qui fortunæ suæ acerbitate corruerunt?
Cassiod. 1. epist. 16. in specie etiam inter alia excusatio-
nem à perjurio, quando scil. quis promissa cum jura-
mento non adimplevit paupertate oppressus, c. brevi &
c. querelam. §. 1. in verbo non necessitate. extr. de jurej. Farinac.
5. crimin. 160. n. 127. & 130. idq; per verba pro posse ta-
cité in juramento inserta: cum regulariter in omni-
bus promissionibus conditio hæc: S I P O T E R O, sub-
esse intelligatur, ex Balth. Henckel. de bell. R. Sv. G. A.
c. 2, docet Anth. Freundb. de morat. induc. t. 6. concl. 15. n.
31. lit. 1. in f. de debito jurato ad non juratum compen-
sationem, Cothm. resp. 18. n. 410. & 414. vol. 1. à colle-
ctarum solutione immunitatem, argt. l. 4. & ult. C. de
his qui numer. liber. R. I. de anno 1582. §. und nachdem | in f.
Goëdd. 4. cons. Marp. 16. n. 307. cum al. ib. all. quia non de-
bet afflictio addi afflicto, l. 14. ff. de off. Pres. cum enim
impossibile nulla sit obligatio, l. 185. ff. de R. J. utiq;
magis ipsam necessitatem non habendi à collectis ex-
cusare affirmat Wesemb. 3. cons. 193. num. 46. collectæ
enim

enim ratione patrimonii indicuntur, & sunt onus fructuum, quapropter, ubi patrimonium fructusque nulli, ibi nec collectis locus relinquatur cum non entis nullae sint qualitates, nulla accidentia, *l. 22. ff. quand. dies leg. Klock. de contribut. c. 13. sect. 2. n. 58. 59. & 60.* Itaque non immeritò Senatus Romanus pauperes immunes esse decrevit ab omnibus vectigalibus, quae sub Regibus pendere solebant, nec eos inferre tributum ad subsidia belli. *Liv. lib. 2.* Beneficium competentiae vel miserationis, sive exceptionem ne exigantur ultra quam facere possint, *argt. §. 40. Instit. de action. l. 173. ff. de R. J.* licet enim certis tantum personis praesidium hoc jure Justiniano indultum, *per l. 16. & seqq. ff. de re jud. benignitas tamen interpretum idem postea omnibus bello, aliisque funestis calamitatibus & casibus exinanitis atque depauperatis debitoribus majori ratione accommodavit, de quibus passim Dd. imprimis Jo. Otto Tab. de praesid. debit. in praes. n. 1. post al. ib. all.*

Thes. 14.

Incendii
divisio,

Dividitur incendium à Doctoribus variè, in id, quod in oppido, & quod in pagis, villis, tuguriis, sylvis & navibus excitatum, in id quod ortum ab intra, & quod ab extra, habet, in magnum & parvum, *Farin. part. 3. prax. crim. quest. 110. c. 1. n. 3. Gilh. in arb. judic. crim. cap. 2. t. 11. n. 4. Carpz. in pr. rer. crim. part. 1. qu. 38. n. 3. & seq. in casuale seu inculpatum, Angel. de malef. verb. incendiario. n. 9. naturale, culposum & dolosum. ut sup. tb. 4.*

Thes. 15.

Hactenus incendii materiam principe ipsius parte examinavi; Placet nunc ex ordinis methodicè lege de cognatis aut adfinibus juribus ejus, & item contrariis

trariis seu oppositis, atque ad sopienda incendia facientibus, de personis incendiiorum curam gerentibus, de instrumentis incendio adhibendis & modo incendiis occurrendi, aliqua subjungere.

Thef. 16.

Incendii crimini cognata aut ad finis est diffidatio, quam Maximil. Faust. definit, quod sit denuntiatio *Diffidatio* animi hostilis, quâ quis alii cuiuspiam significat, se eum armis, igne, spoliis & rapinis persecuturum. *Diffidatio* consil. pro arar. class. 4. ord. 243. & Carpz. quod sit *Diffidatio* tatio hostilis, quâ quis per literas, signum aliudve factum inimico suo persecutionem extremam vite, sanguinis aut bonorum denuntiat, unde pax publica violatur, & toti populo vel universitati periculum & damnum imminet. part. 1. pract. crim. q. 37. n. 16. atque incendiariis similes ferme sunt *Diffidato-* diffidatores, qui signa hostilia & diffidatoria *res.* suspendunt, scopas, titiones aut carbones aut ejusmodi similia vulgò Brandzeichen in pagis vel oppidis affigentes, & illis ipsis tantum detrimenti incendio se allaturos minitantur, ut edificia pagorum combusta & in cinerem redacta scopis converri possint. Matth. Steph. ad Constit. crim. Car. V. art. 128. quales Bernh. Zieritz. homines vitæ sequioris, grassatores & pacis publicæ violatores nominat, d. art. Carol. ord. 128. qui vitam secundum Crisp. Salust. silentio transigunt veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit, & quibus corpus voluptati, anima oneri est; à diffidare bellum indicere, idq; ab

D

anti-



antiquo Gallico & adhuc usitato *diffier vel deffier*, pro hoste se haberi velle nunciare, unde *ie vous deffie*, id est, ego te provoco. Maxim. Faust. *d. l. Ludov. Gilh. arb. jud. crim. cap. 2. tit. 8. n. 1.* quorum hodie poena ultimum gladii supplicium est, licet quis solum inimico suo, uni ex populo vel universitate, minitetur incendium, in ædibus ejus signo inflammationis affixo, licet quis alieno nomine & mandato literas diffidatorias emiserit, scripseritve saltim, aut signa inflammationis affixerit, licet ipso facto nondum etiam minas fuerit executus, nec animum exequendi habuerit. Zieritz. *ad all. art. 128. R. I. de anno 1555. §. 48.* Berlich. *part. 3. concl. 21. n. 13.* Carpzov. *d. l. n. 24. & part. 4. Jurispr. for. constit. 14. defin. 5. n. 5. defin. 6. n. 1. defin. 8. n. 1. & defin. 9. n. 1.* Rat. quoniam indifferenter his casibus pacem publicam violat, hominibusq; universis metum atque terrorem incutit, quæ sola verè gladii poenæ causa est. Carpzov. *d. defin. 9. n. 4. 5. & 6.* Quod si tamen nudis verbis minitetur, *Ich will mit dir zu thun haben / ich will mich an dir rächen / ich will dirs gedencen / ic.* vel iracundiæ calore aut ex ebrietate dicat, *er wolte ihn oder sie an Leib und Leben beschädigen / erstechen / erschiessen / einen rohen Hohn auff's Hauß setzen / wolle das Dorff anstecken und in die Asche legen / ic.* non quidem diffidator est, nec gladio plectendus, sed tam diu in carcere detinendus & alendus, si ipse non habeat, ab accusatore, aut, nec accusatore habente, à magistratu, donec sufficientem cautionem per pignora aut fidejussores, vel, his deficientibus, juratorie [minitato tamen hoc in casu consentiente] de non offendendo præstet. *l. 4. ff. si cui plus quam per l. Falcid. l. 6. §. 2. ff. de off. Pres. Constit. crim. Car. art. 176.* quæ ipsi poenæ loco est, & minitatum securum reddit;

reddit; nisi sit tenuis persona & multum suspecta, qualis ad omne periculum avertendum præstita Urphedâ relegari debet, maximè si minitatus alimentorum præstationem recuset. Hæc autem cautionis hujus sententia & summa: quod non solum ipsum principalem & minitatum, sed etiam ejus filios, familiares, affines, consanguineos, amicos & similes offendere nolit. Berlich. *part. 3. concl. 22. n. 5. & seqv. cum al. ibid. alleg. Carpzov. part. 4. Jurispr. for. constit. 15. def. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. per tot. add. Joh. Cöppen. 2. observ. pract. 133. num. 4. 5. & 6.*

Thes. 17.

Incendio exorto & auditis tintinnabulorum clangoribus & vociferationibus dolentium concurrere cives & ad movere manus strenuè ad restringendum tenentur, secus facientes puniri possunt. Equidem rationis est, quod ad omne negotium citandus ille, quem causa contingit, omnesq; quorum aliquâ ratione interest; *l. 47. ff. de re jud. l. 39. ff. de adopt. proinde citatio species quædam defensionis, & ita juris naturalis dicitur, clem. pastoralis 2. de sentent. & re jud. Schnob. disp. ff. 2. tb. 14. quilibet etiam citatus à magistratu comparere regulariter cogitur, etiam privilegium habens, quod allegare debet, l. 5. ff. de jud. Term. in proc. jur. c. 14. n. 2. & 3. citatio autem maximè est, quæ fit publicitus per campanam atque clamorem. Rosb. in prax. civ. jud. tit. 22. n. 3. Itaque ad esse properè ad sonitum super incendio factum frugi & obædientis subditi est, præsertim ubi communi juramento ad id obstringatur, & ejus simul etiam interfit, juxta monitum D. Gregorii Nyseni, cum ii, qui rebus suis rectè consulunt, vicinorum incendium magno studio restringant, & opem*

An in incendio calamitate coetus vicinus congregari & dare teneantur?

vicinis ferendo sic prospiciant sibi, *epist. ad Flavian. & protritum istud Horat. 1. Ep. 18.*

*Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.*

Incendium
Nicomediae

Potest enim toti universitati unius tantummodò domus incendium nocere, ut quod proxima quæq; corripere soleat. *Carpz. part. 4. Jurispr. for. R. S. const. 15. def. 2. n. 11.* At quid si post campanæ pulsationem ad ignem frequenter quidem accurritur, pars tamen nec hamas aut fitulas aliave igni depellendo necessaria appor- tent, sed ad videndum saltim stent, deliberatione, ut latius inimicitarum aut prædæ causâ serpat, studio- sè non solliciti? quemadmodum Nicomediæ factita- tum Plin. Cæcil. memorat his verbis: Nicomediæ va- stissimum incendium multas privatorum domos, & duo publica opera, quanquam viâ interjacente, ab- sumpsit: est autem latius sparsum, primùm violentiâ venti, deinde inertiam hominum, quos satis constat o- tiosos & immobiles tanti mali spectatores perstitisse, & alioqui nullus usquam in publico siphos, nulla ha- ma, nullum denique instrumentum ad incendia com- pescenda; *lib. 10. ep. 42.* Dico, quod propter negligenti- am condemnandi ad resarciendum damnum, & in- pari causa cum faciente, ac si ipsi fecissent, habendi, *per l. 2. ff. de noxal. act. l. 6. §. 8. ff. de re milit.* quia scivêre aut scire debebant commune incendium ad se perti- nere, *argt. l. 1. C. de peric. tut.* culpâ autem non caret, qui scit & non prohibet, si prohibere potest, *l. 50. ff. de R. J.* axiomate à contrario sensu desumpto, *c. sicut dignum. vers. qui potuit. de homicid.* & damni nomine tenetur, qui dat damni occasionem. *l. 27. §. 33. & l. 30. §. 3. ff. ad l. Aqu.* quod quantumcunque durum, servandum est, *l. 12. §. 1. ff. qui*

*ff. qui & à quib. man. lib. non f. vid. pluribus hanc in rem
Calcan. cons. 63. col. 1. 2. & 3.*

Thes. 18.

Inhabitorem ædium, unde egressus ignis, vel
ejus authorem si in ignem vicini in ipsa animi cōmo-
tione, conjecerint, idq̄ maximè, si patris familias hu-
jus incendio gravem rerum jacturam passi sint, nequa-
quam ordinariâ pœnâ, imò quandoque nullâ, si con-
suetudo accedat & aliæ graves causæ impunitatem
suadeant, affici possunt; quod ejusmodi actus lon-
gam deliberationem non admittat, & difficilimum sit
justum dolorem temperare. *l. 38. §. 8. ff. ad l. Jul. de adult.
& l. 3. §. 3. ff. de Scto Silan.* Itaque hîc judex dis simulat
conniv etq̄, & tolerat atq̄ indulget malum tanquam
legitimè factum & nullam pœnam mœrens. *text. in l. 4.
C. d. t.* quoniam homo intenso dolore permotus non
est in plenitudine intellectus, proinde à dolo & nocen-
di voluntate propter nimiam & quidem lacesitam
iracundiam, consequenter à pœna etiam ordinariâ,
excusatur. *Dd. in l. 5. C. de injur. & in C. si quis iratus. 2.
quest. 3. & in l. 2. C. de reb. cred. & in l. 48. ff. de R. J.* Quod
si post accensas voraces flammâs elapsus lateat, exer-
ceri ex intervallo occidendi arbitrium adversum illum
nequit, quia tunc conjiciens præmeditatus & ex vin-
dicta adeoq̄ injuriâ fecisse videretur, *argt. l. 5. ff. ad l. A.
quil. l. 1. ff. unde vi,* & ut criminis reus teneretur lege
Corneliâ de sicariis. *per l. 3. §. 5. ff. ad l. Corn. de sicar.* sed
judiciali sententiâ damnari debet, distinctione habitâ
secundum *thes. 10. sup. vid. Berlich. part. 4. concl. 25. n. 130.
Damhoud. in pract. rer. crim. c. 103. n. 3. & 4.*

Thes. 19.

In incendio ædificiorum demoliri intermedia alie-
D 3 An in in-
na cendiis æ-

Etiam de-
moliri me-
dias pro
servandis
contermi-
nis liceat?

na pro servandis contiguis vicino & extraneo ex ju-
sta causa justo presentis aut impendentis periculi me-
tu, licet, Durand. in spec. jur. lib. 1. partic. 2. rubr. de Actore.
n. 58. id est maximè, si magistratus jubeat, sec. l. 49. §. 1.
ff. ad l. Aquil. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. Gail. lib. 2. obs. 22.
n. 2. circa f. Schnob. disp. ff. 9. tb. 8. neque enim hoc do-
lo neque injuriâ, sed ad ædium defensionem jure per-
missam, factum intelligitur, per l. 3. §. 7. ff. de incend. ruin.
maufr. l. 3. ff. de just. & jur. l. 4. pr. & l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.
Hillig. ad Donell. lib. 15. c. 26. lit. A. jung. Struv. ex. 14. §. 21.
quæ autem ex improvise casu potius, quàm fraude
accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur, per
text. in l. 1. in f. C. ad l. Cornel. de sicar. & quæ propter ne-
cessitatem atque justam tutelam recepta sunt, non de-
bent in argumentum trahi, per text. in l. 162. ff. de R. J. &
d. l. 3. ff. de just. & jur. & d. l. 4. & 54. ff. ad l. A. præsertim si
pretore auctore aut lege permittente recepta, quo casu
inculpabilia. argt. l. 137. & l. 151. ff. de R. J. l. 4. C. ad l. Jul. de
adult. nec magis, qui incendii arcendi causâ ædes vi-
cinas diruerunt, tenentur, ac ii, qui servandarum gra-
tiâ merces aliorum in mare projiciunt. l. 14. pr. ff. de
prescr. verb. Schnob. d. loc. Adde, quod ædibus certò
perituris nocitum videri non possit. Secus si sine
justa causa & metu justo, puta, quia verisimile fuerat,
ignem majus damnum non daturum, tunc vicini de-
struentes, etiam sic jubens magistratus, de damno il-
lato tenentur; nisi si incendiarius sit certus & solven-
do, quo casu ille ipse, aut, eo incerto, certum ex qua
domo ignis accensus, quo casu habitator domûs ejus
tenetur, quia plerumque ejus causa & culpa præsumi-
tur. per ea quæ prolixè Farinac. in pract. crim. part. 3. q.
110. n. 144. & seqq. jung. sup. thes. 4. vers. plerumque. Ut au-
tem

tem indagari incendii origo & conquiri patrator possit, benè Judicem exorto primùm igne jubere.prehendi inhabitantes domum, & eos super noxa examinare, dicit Menochius, atque ita suâ curâ veritatem aliquando compertam, dum tempus inhabitatores ad se consulendum non habuerint. *lib. 2. de arbitrar. Jud. qu. cent. 4. cas. 390. n. 6. in f.*

Modus indagandi incendium

Thef. 20.

Res commodatas suis præferre quis, & salvas in incendiis damno, cum possit, facere tenetur, *l. 5. §. 4. ff. commod. hâc tamen adhibitâ limitatione, si res commodatæ sint pretiosiores rebus propriis, aut eis etiam æquales.* Ratio prioris: quia quisque tenetur ad eam custodiam in commodato, quam diligentissimus paterfamilias propriis rebus adhiberet, quisque autem diligentissimus servaret res suas pretiosas relictis vilioribus. Rat. posterioris, quia in genere, qui utendum accepit, exactissimam diligentiam, & quidem majorem quàm suis, custodiendis rebus debet; Ratio rationis, quoniam commodatum solam continet utilitatem ejus, cui commodatur, *l. 18. pr. ff. commod. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. ibiq; Vinn. in comment. atque culpa est, si quis res suas salvas fecit, & commodatas amisit. Gotofr. ad d. l. 5. §. 4. ff. commod. lit. C. & justissimè commodatarius allegat, non fuisse se id damnum passurum, si rem suam non commodâset. arg. l. 61. §. 5. ff. de furt. Quod si verò res commodatæ sint viliores, postponi propriis possunt, nec commodatarius de casu tenetur, quia in communi periculo nemo obligatur subire damnum majus, ut avertat alterius damnum minus. Hahn. ad Wesembec. tit. commod. n. 7. vers. dummodo non ipsius culpa. Secus in depositis, quas servare præ*

An commodatum præ re propria in incendio liberandum?

An depositum præ suis

re propria suis depositarius non tenetur, cum & ipse dolum sal-
 in incen- tim præstet, & periculum rei deponens sustineat. *per l.*
 dio libe- 5. §. 2. ff. commod. l. 23. ff. de R. J. & §. 3. Inst. quib. mod. re
 randum? contr. oblig.

Thes. 21.

Quid juris
 de eo, qui
 ex incen-
 dio aliquid
 aufert?

Auferens res projectas ex causa incendii, animo
 eas occupandi, furtum grave committit; Et quis du-
 bitaret, in hoc impio sanè & homine Christiano indi-
 gno facto & scelere inhumano? ut effatur Oldendorp.
class. 4. action. forens. 24. p. m. 552. ubi publicè etiam in-
 terest, nihil rapi, nec addi flagellatis afflictionem. *c. 2.*
c. 7. q. 1. nec tale hominum infortunium etiam raptarum
 rerum detrimento prægravari. *l. 28. in f. C. de episc. aud.*
 Itaque grave verè & vero gravius hoc furtum, quo
 furandi occasio major & res suas minus quis custodi-
 re potest. Treutl. *select. disp. vol. 2. disp. 30. tb. 2. lit. d.* atq;
 contra furem & raptorem hunc actio ex edicto Præ-
 toris in anno in quadruplum, post annum verò in sim-
 plum est proposita, *l. 1. pr. ff. de incend. ruin. naufr.* quæ
 necessaria quidem in raptorem non fuit, cum actio de
 bonis vi raptis pœnâ illi exituq; iudicii similis contra
 raptorem sufficiat; *pr. Inst. de vi bon. rapt.* quia tamen,
 qui incendio adfectorum fortunas rapiunt, impro-
 biores sunt, atque gravius, ut dixi, delinqvunt. Perez.
ad C. tit. de furt. n. 24. dum res per tumultum & trepida-
 tionem incustoditas multorumq; injuriis obnoxias ra-
 piunt, dum in aliena calamitate de re tam luctuosa
 compendium sectantur. *text. in l. 1. in f. C. de naufr.* ideò
 separatim super his Edictum sancire Prætor publicæ
 utilitati voluit. *l. 1. §. 1. ff. de incend. ruin. naufr.* Cum hac
 ex Edicto actione concurrat publicum iudicium legis
 Juliae de vi publica, cujus pœnæ subicitur, qui ex in-
 cendio

incendio rapuerit aliquid præter materiam, l. 3. §. 3. ff. ad l. Jul. de vi pub. ut proinde is, qui tempore incendii res per vim aut clam rapuit, non solum ut fur vel raptor civiliter, sed etiam criminaliter puniri possit. Brunnem. ad auth. navigia. C. de furt. Dicitur autem aliquid ex incendio rapti, quod propter tumultum vel trepidationem incendii, aut ejus occasione ex loco, ubi incendium fit, vel ex adjacentibus prædiis, rapitur. l. 1. §. 2. ff. de incend. ruin. naufr. Wesemb. paratit. ff. eod. n. 3. A mad. Eckhold. in compend. Pand. tract. 16. Hinc requiritur primò rem, ut dixi, jam esse projectam siue sub dium emissam, eo animo, ut salva fieret, Jac. de Bellovis. in pract. crim. l. 1. c. 10. n. 55. Mynsing. ad §. ult. Inst. de rer. divis. quippe cum impune liceat surripere rem illicò ex incendio perituram, verba sunt Farinac. part. 7. op. crim. n. 89. Secundò lucri faciendi causâ, h. e. animo deliberato & doloso aliis nocendi raptam, per pr. l. 1. ff. de incend. ruin. naufr. Myns. d. l. qualis nunquam præsumitur, l. 51. ff. pro soc. maximè ubi actus esse potest sine dolo & ab eo separatus; l. 18. §. 1. ff. de prob. l. 6. C. de dol. mal. nec sufficit in genere dolum proponi aut probari, sed certa, specialis, limitata & ejus probatio esse debet; per l. 7. ff. de injur. quod si ergo auferens causam saltim prætendat, ex qua ipsum non tam dolosè ac deliberato & perverso animo quam ex ignorantia & simplicitate quadam deliquisse conjecturari possit, excusandus venit, neque ordinariâ suspendii pœnâ adficiendus, vid. Mejer. Colleg. Argent. tit. de incend. ruin. naufr. n. 6. & 7. nempe quia causa etiam injusta, fatua & bestialis delinquentem à malitia potest excusare, quando dolosa non fuit, & à mera ipsius delinquentis malitia non procesfit, maximè

Causa ini-
justa, etiam
à malitia
excusat,

E

quoad

quoad pœnam mitigandam, *l. 12. §. 3. ff. de lib. caus. l. 46. §. 7. ff. de furt. argto eorum*, quæ acutè Carpzov. disputat *lib. 6. resp. jur. Elect. tit. 9. resp. 93. n. 9. & part. 1. rer. crim. quest. 39. n. 10. cum al. ib. alleg.* quia delinquere non dicitur, qui habet aliquam rationem credendi sibi licere, id facere, quod facit, *l. 32. ff. de condit. & demonstr.* & qui communem errorem sequitur, non est in dolo, licet injustâ ratione ductus credat ipsum valere, & propter hanc rationem & injustam credulitatem liberari ab ordinaria pœna quis potest. *l. 1. §. ult. ff. de abig.* vid. Klock. *de contribut. cap. 19. n. 665. & seqq.* quæ omnia ex circumstantiis atque pertinentiis, præcipuè raptoris persona ejusdemq; natalibus & parentibus, itemq; ætate & vita præterita, si nunquam aliàs de furto suspectus aut diffamatus, diligenter, imò prudenter, dijudicanda. Matth. Steph. *in Const. Car. V. art. 159. & 164.* Rat. quia æquum est, ut boni nominis sinceritas atque fama bono sit patrocinio, Damhouder. *in pract. rer. crim. cap. 76. n. 30.* & tanquam maximum in re momentum pro possessore suo pugnet. Curt. *lib. 5. hist. c. 13. n. 14. & lib. 9. c. 5. num. 6.*

Thes. 22.

Quorum
sumptibus
ædes in in-
cendio di-
rutæ repa-
randæ?

Ædes pro viciniæ salute in dubio, an periturae evagato igne fuissent, dirutæ communibus vicinorum, ad quos verisimiliter pervenire ignis potuisset, symbolis Viri boni arbitrato, & ædificiorum ætatibus examinatis, reparandæ sunt. *l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 58. ff. de legat. 1.* Bodin. *de Republ. lib. 4. c. 2.* *damnum enim pro communi utilitate acceptum commune esse oportet; quemadmodum in jactu mercium levandæ navis & evitandi communis periculi causâ contributio etiam ad refarciendum damnum communis, & facien-*

cienda ab illis, quorum res aut merces propter hunc
 jactum servatae sunt. *l. 1. & 2. ff. ad l. Rhod. de jact. argt.*
l. 73. in pr. & l. 10. ff. de R. Jur. vid. Gail. l. 2. observ. 22. n. 4.
Klock. de contribut. c. 17. n. 247. & 248. Schnob. disp. 9. ff.
tb. 8. Hanedoës. exercit. Imper. ad tit. 3. 4. & 5. lib. 4. Inst.
9. 4. Ita etiam damnum in mola ad damnum civitatis
 majus amoliendum incensa civitas domino molæ re-
 sarcire, *Bechman. ad Pand. vol. 1. part. 2. ex. 2. num. 74. &*
 Princeps vel Senatus tempore imminentis belli non
 procul ab urbe situm suburbium incendio destruens
 pretium dominis ædium publicæ salutis dirutarum ex
 publico pro æquitate solvere tenetur, nisi quis spati-
 um, quo de publicis operibus distare ædes debent,
 occupavit, de quo *in l. 9. l. 11. & 12. §. 4. C. de edif. priv.*
Struv. ex. 39. tb. 7.

Thes. 23.

Is, cujus in ædibus exortum incendium, resarci-
 endo damno non obstringitur, nisi culpam & negligenti-
 am ejus consuetam atque etiam tempore incendii
 proditam actor probaverit, cum actori ad factum
 hominis certi arguendum regulariter probatio incum-
 bat. *§. 4. Inst. de legat. l. 2. ff. de probat. & presumpt. Virg.*
Pingiz. illustr. Sax. q. 24. n. 20. doliq; & culpæ prius pa-
trem familias, quam condemnetur, convictum esse
oporteat, l. 6. de dol. mal. alioquin actore non probante
reus absolvatur; l. 4. C. de edend. Finckelth. obs. 89. n. 13.
 quippe ubi pro frugi hospite debitæ diligentia præ-
 sumptio militet, nec is unquam ita resupinus credatur,
 ut facile sua bona jactet & effundat. *arg. l. 5. §. 6. ff. de*
re milit. l. 25. in f. pr. ff. de probat. & licet plerumque in-
cidium culpâ fiat inhabitantium, l. 3. §. 1. ff. de off. pref.
dig. illa tamen generalis præsumptio tantummodò est,

An is, cujus
 in domo
 subortum
 incendiū,
 de damno
 teneatur

nec certæ ac determinatæ personæ, ut per eam condemnari inquilinus nequeat. vid. Mejer. *Colleg. Arg. tit. de incend. ruin. naufr. n. 12.* Harpr. *ad §. 13. Inst. ad l. Aquil. n. 13.* ita enim verbum plerumque interpretandum, quod regulariter, & sæpe & frequentius fiat incendium, causâ & culpâ inhabitantium, quàm aliâ, cum ex aliis pluribus etiam sine patrisfamilias culpâ fieri, *l. 11. ff. de peric. & comm. rei vend.* imò aliquando in dubio, tectis nimirum coadunatis, pluribusve easdem tenentibus ædes, nec constante de auctore incendii nec de domo prius accensa, ob magnam illam incertitudinem casibus etiam fortuitis assimilari annumerariq; possit. *per l. 23. ff. de R. J. l. 5. §. 4. ff. commod. l. 11. C. si cert. pet. §. 2. Instit. quib. mod. re contr. oblig. & ea quæ habet Menoch. de arb. jud. quest. cas. 390. n. 12. & Gail. 2. obs. 21. n. 2.* Neque, si servorum negligentia factum, continuo dominus in culpa erit, quoniam extra officium sibi commissum quid committentes ministri quicumque facto aut delicto dominum non obligant, cum hic domini nulla culpa sit. vid. Andr. Rauchb. *p. 2. q. 10. n. 62.* ibidemq; ex Saliceto allegatum exemplum; quia regulariter in Jure homo liber pro libero inscius & ignarus non tenetur. Neque enim pater pro filio, neque filius pro patre, neque vir pro uxore, neque uxor pro viro, quamvis sint conjunctissimæ personæ, obligantur. *t. C. ne fil. pro pat. & C. ne ux. pro mar.* Ergo neque hominis mercenarii & alieni delictum temerè in dominum rejici & transferri debet, qui mobilibus incensis suppellectile amissâ in periculo vitæ constitutus intuentium misericordiam potius, quàm Judicis severitatem & condemnationem meretur, siquidem a afflictio non addenda afflictio. *l. 14. ff. de off. Pres. Finckelth. obs. 98. n. 16.*

An de incendio famulorum incuria excitato teneatur dominus?

n. 16. Eodem modo nec Cerevisiariorum cerevisiam-
 ve aut polentam præparantium, aliorumq; consimili-
 um, culpam paterfamilias præstat, Rat. quoniam con-
 suetudo & solitum excusat à culpa. *arg. l. 3. pr. ff. ad Sct.*
Maced. Rauchb. d. l. n. 63. Reyg. in thes. jur. de incend. n. 15.
Carpzov. part. 4. const. 17. def. 14. per tot. Quod si autem
 circa officium, in quo paterfamilias ejus operâ utitur,
 deliquerit imperitus & malæ conditionis servus, do-
 minus ex tali facto tenetur, *arg. l. 5. §. 11. ff. de inst. act. l.*
27. §. 9. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. ad l. Jul. repet. Gail. lib. 2. obs. 21.
n. 6. quia debet quis bonos servos ad ministerium su-
 um eligere, *text. in l. 3. pr. ff. de publican. & vectigal.* atque
 explorare, *cujus fidei, cuius innocentia sint. text. in l.*
7. §. 4. ff. naut. caup. stab. cum mala famulorum electio &
 conductio facilitati atque negligentia domini impu-
 tetur. *argt. §. 3. in f. Inst. quib. mod. re contr. oblig. §. ult. in f.*
Inst. de societ. & l. 19. ff. de R. J. Finckelth. obser. 89. n. 17.
 Planè ædibus sibi locatis vel precario concessis ultra
 tempus præfinitum utens damnum ex incendio fami-
 liæ suæ culpâ orto refarcire tenetur, quoniam sine vo-
 luntate domini res alienas ut prædo detinuit, indeq;
 damni videtur occasionem dedisse, & ceu prædo, fur
 & similis qui sine domini voluntate res alienas deti-
 nent, in culpa est. *per l. 8. §. 1. & l. ult. ff. de condict. furt. &*
l. f. ff. de ondict. ob turp. caus. culpa enim est, immiscere
se rei ad se non pertinenti, l. 36. ff. de R. J. add. l. 23. & l.
91. §. 3. ff. de verb. oblig. & mora sua cuilibet est nociva.
c. 25. de R. J. in 6to. §. 6. Inst. de oblig. qua ex del. Modest. Pi-
stor. illustr. quest. p. 1. q. 25. per tot.

Thef. 24.

Si ab inimicis alicujus immisum in alicujus pro-
 prias sive conductas ædes incendium transeat in ædes

E 3

vici-

An ædes
 ultra præ-
 finitum
 tempus in-
 habitans
 de incen-
 dio familie
 suæ culpâ
 exorto te-
 neatur?

An is, cu-
 jus ab ini-
 micis in-
 censa de-

maus, com-
bustarum
per hoc vi-
cinarum
ædium da-
mnum sus-
ferre te-
neatur?

vicini, ad omne damnum inhabitator, cujus ab inimi-
cis combusta domus, vicino restituendum omni jure
tenetur, non obstante, quod hoc incendium propter
inimicorum immisionem casu fortuito contigisse vi-
deatur, *l. 28. §. 12. ff. de pœn. l. 12. C. loc. cond.* quia incen-
dium ab inimicis immisum, ut respectu inimicorum
dolosum, & respectu ejus, in cujus domum immitti-
tur, casuale, ex accidenti tamen fit culposum, quando
scilicet ab inimicis ipsius inhabitatoris immisum.
Rauchb. part. poster. quest. Sax. 10. n. 19. damnum enim ab
inimicis alicujus illatum, ejusdem culpâ illatum præ-
sumitur, & proinde ab illo resarciendum, licet inimi-
citiæ causam ille verè non dederit, *l. 25. §. 4. ff. locat.*
itidem, si conductoris domus fuit combusta ab inimi-
cis locatoris, locator conductori ad omnia damna &
interesse tenetur. ex *Metzger. de tortur. re. Ant. Bullæ.*
in commentar. sanct. crim. Car. V. art. 41. agere tamen u-
trumque, vicinum & conductorem, prius contra in-
cendii auctores oportere, & si contra eos regressum
habere non possit, in subsidium saltim, & non aliter,
contra illum venire debere, cujus ab inimicis incendi-
um adornatum fuit. secundum *Alber. in d. l. 25. §. 4. ff.*
locati. docet *Farinac. part. 3. prax. crim. q. 110. c. 2. n. 68.*

Thef. 25.

An, ædib9
concrema-
tis, jus ali-
quod in
area rude-
ribusve do-
mino re-
maneat?

Incendio consumptis ædibus, quod domini jus
fuit, in ruderibus & area ei remanet, pars enim domûs
area est & quidem maxima, *per l. 98. §. 8. circ. fin. ff. de so-
lut. l. 21. ff. de pignoratit. act.* unde & in domo pignori da-
ta seu vendita exusta jus creditori emptoriq; eatenus
salvum est, *l. 29. §. 2. ff. de pignor. & hypoth. l. 21. in f. ff. de
hered. vel act. vend.* etiam in cæmentis aliò translatis,
quia res semper cum sua causa & onere transit. *l. 67.*

ff. de

ff. de contr. empt. l. 1. C. ub. in rem act. ex. Carpz. p. 1. dec. 12. n. 6.
 & seqq. a deoq; si domus pignori datae aream emit Ti-
 tius & extruxit, area nihilominus manet obligata, &
 quicquid ei inædificatum, pignorisq; persecutio per-
 severat, *d. l. 29. §. 2. & l. fin. ff. de pignor. & hyp. junctâ l. 22.*
in f. ff. de legat. 1. & d. l. 21. ff. de pignoratit. act. quia hujus-
 modi extractio fecit, ne res interiisse videatur, sed
 eam renovat restituitq; potius, *Gotofr. in not. ib. lit. m.*
 atque ubi immutata saltem rei qualitas, hypothecam
 consistere minimè ambigitur. *l. 16. §. 2. ff. de pignor. & hy-*
potb. Harpr. ad §. ult. Inst. quib. mod. re contr. oblig. n. 304. &
305. Quod si serviens prædium comburatur, extrua-
 turq; aliud, servitus etiam prædialis in novè extracto
 restituitur, *arg. l. 31. ff. de serv. præd. urb.* Secus ubi per-
 sonalis tantum, veluti usufructus vel usus ædium de-
 betur. *l. 5. §. 2. l. 10. §. 1. & 7. in f. ff. quib. mod. usufr. amit.*
Hillig. ad Donell. lib. 10. c. 18. lit. C. Rat. differentiæ,
 quia servitutes prædiales competunt perpetuò, *l. 33. ff.*
de servit. præd. urb. unde etiam collapsæ ædes servien-
 tes aliâ formâ, quàm fuerunt, refici in dominantium
 ædium præjudicium nequeunt; *d. l. 31. ff. d. t. usufr.*
 ctus autem & usus certum tempus respiciunt, corpo-
 ribusque suis, sublatis nimirum ædibus, vel mirum
 quantum inverfis, tolluntur & ipsi. *princ. & §. 3. Inst. de*
usufr. d. l. 5. §. 2. 3. & ll. seq. ff. quib. mod. usufr. amit. adeo-
 que ne arearum quidem usufructus usufructuariis
 competit. *d. §. 3. Inst. in f. & l. 5. §. 2. d. t.* quia ædes am-
 plius non sunt aut nominantur, *Vinn. ad d. pr. & §. 3. Inst.*
d. t. Adde, quod usufructus omnem ædium utilita-
 tem, & usus cotidianum commodum ædium conti-
 neat; adeoq; iniquum sit ædium semel consumptarum
 magnis impensis domini restitutarum usufructum
 repeti. *Struv. ex. 13. tb. 55.*

Thes.

An, prædio
 serviente
 exusto, ser-
 vitus in
 novè ex-
 tracto re-
 stituatur?

Quomodo,
combustis
ædibus, ra-
tione loci
vacantis
proceden-
dam à par-
te magistra-
tus & do-
minorum?

Magistratus ad combusta ædificia reparanda aut vendendam aream compellere dominos eorum potest, emptorem non convenientibus ipse ex æquitate, quantum ad refectionem damni sufficit, bene laudabiliterque subministrat. *l. 7. ff. de off. Pres. l. 8. C. de adif. privat. l. 46. princ. ff. de damn. inf.* imò remissione etiam onerum consuetorum mediocri ad ædificia restauranda benigniter prudenterque cives illectat & adjuvat, idque favore Reipublicæ, cujus interest urbem ruinis non deformari, *l. 2. §. 17. l. ult. ff. ne quid in loc. pub. ædificia non derelinqui, l. 20. §. 10. ff. de op. nov. nunc. nec ædes converti in hortum, sed eandem faciem in civitate restitui; l. 2. & l. 3. C. de adif. priv.* Hinc est, quod donatio pro restitutione ædium incendio vel ruinâ corruptarum cujuscunque quantitatis facta ei, cujus domus incendio corrupta, insinuatione contra regulas communes non indigeat, *l. 36. §. 2. & §. ult. C. de donat. §. 2. Instit. eod. ibique Vinn. in not. Peretz. ad C. tit. de donat. n. 33. Brunnem. ad d. l. 36. §. 2. Struv. ex. 40. th. 11.* ita tamen, ne pecunia data in aliam rem quam in refectionem fuerit insumpta, ejusque ratio constet jurejurando domini domus, qui pecuniam accepit. *d. l. 36. §. 2. Perez. d. l.*

Thes. 27.

Depositum
in incendio
infricans
aut resti-
tuere de-
trectans
quomodo
punien-
dus?

Depositarius rem in incendiî periculo depositam, quod depositum miserabile vocatur, infricans aut restituere detrectans condemnari in duplum potest. *l. 1. §. 1. & 2. l. 18. ff. de pos.* Ratio in majori perfidia hoc casu posita, ubi necessitas, ac eligendi certi fideique hominis difficultas crescere crimen efficit; est enim valde inhonestum & perniciosum fidem in ejusmodi causa frangere, itaque publicâ utilitate coercendum reipublicæ

licæ causâ intentato metu pœnæ, ut dictum, dupli *d. l. 1. §. 4. ibiq;* Gotofr. *in not. auth. contra. C. de non num. pec. nov. 18. §. 8. ibiq;* Dd. Bacchov. *ad §. 7. Inst. de obl. quæ quæ. ex contr. optimo magistratûs consilio, qui Romæ toties vidit calamitates incendiorum, & improbitatem hujusmodi furto- rum admissam. Oldend. act. for. progymn. class. 4. act. 24. p. m. 553. Quid quod & hoc casu non levis famæ ignominia comdemnato imminet, l. 1. ff. de his qui not. inf. Harpr. ad §. 3. Inst. quib. mod. re contr. obl. n. 52. & seq. Limnæ. tom. 2. jur. pub. lib. 6. c. 5. n. 98. & injuriarum deponenti tenetur. arg. eor. quæ post al. Gvilh. Anth. Freundberg. de rescr. morat. concl. 25. n. 5. & quæ ad l. 25. ff. de procurat. & §. 1. in f. Inst. de injur. commentatores referunt. Idq; juris, si inficiatio detre- ctatioq; facta scilicet fraudulenter & dolo malo. Gvil. Ant. Freundberg. *all. l. n. 6. & 7. In heredes ejus actio hîc in sim- plum, adeoq; in solidum tantum datur, Phil. Hænon. disp. 22. th. 6. respectu enim dupli est pœnalis, §. 17. in fin. & §. 26. Inst. de act. nisi & ipsi eundem dolum commiserint, d. l. 1. §. 1. & l. 18. it. l. 7. §. 1. ff. de pos. l. 49. ff. de O. & A. Struv. ex 21. th. 42. in f. Hæc. depositi actio illo gaudet privilegio, ut, qui eâ experitur, omnibus creditoribus etiam privilegia- tis, præferatur. l. 7. §. 2. ff. de pos. nulla item compensatio, deductio, vel doli aut non numeratæ pecuniæ aliave altio- rem indaginem reqvirens exceptio isthanc actionem ex- cludit, l. 11. C. de pos. l. ult. §. 1. in f. C. de compensat. l. 14. §. 1. C. de non num. pec. §. 30. Inst. de act. nisi quod retentio ob impensas detur. Harpr. ad §. 3. Inst. all. l.**

Thef. 28.

Si quis pecuniam tradiderit suam amico, & amici com- buratur domus, quæritur, quid de restitutione juris? Hic ante omnia distinctione factâ arbitrandum, depositumne

F

Quid juris
de restituti-
one alienæ
in incendio
amissæ pe-
cuniæ?

vel

vel mutuum contractum fuerit; Quod si à divite pecuniâ adnumerata indigenti aut pariter locupleti, dicitur mutuum, *pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* & propter incendium non liberatur accipiens; quippe cum incendium ære alieno non exuit debitorem, *text. in l. 11. C. si cert. pet. §. 2. Inst. d. t.* quoniam in mutuo non species, sed quantitas debetur, quæ perire nequit. *l. 30. §. 5. ff. ad l. Falcid. Brunnem. d. l. 11. C. si cert.* Sin autem tradens aut adnumerans tenuis fortunæ, at accipiens opulentus, quem non verisimile pecuniâ mutuò ab inope sumpturum, vel si non appareat, an in sacculo pecuniâ data, an ad numerum, tunc ex causa depositi data, & numerantis gratiâ deposita & recepta præsumitur, deq; fatali damno, incendio nimirum, recipiens depositarius non tenetur, nisi expressè vel tacitè, ut tantundem reddat, actum sit, recipiensve à tradente impetraverit, ut traditâ pecuniâ etiam uti sibi liceret, *l. 9. §. f. ff. de reb. cred.* aut pacto casum in se susceperit, *l. 1. §. 35. ff. depos. l. 1. C. eod. l. 5. §. 2. ff. commod.* aut culpa casum præcesserit, *l. 5. §. 4. ff. commod.* moramve in restituendo fecerit. *l. 12. §. ult. ff. de pos.* vid. Schnob. *disp. ff. 10. th. 20.* item Ant. Gabr. *lib. 3. de reb. cred. concl. 2. per tot.*

Thes. 29.

An instrumentis debiti solutionisve incendio perditis ipsa etiam pereat obligatio?

Instrumentis debiti aut solutionis incendio aliove casu amissis, ipsa obligatio neutiqvam intercidit, *l. 57. pr. ff. de administr. & peric. tut. l. 4. §. 1. ibiq; Gotofr. C. de fid. instrum. l. 20. C. de probat.* Schnob. *disp. ff. 13. th. 24.* sed aliunde constare & probari instrumenti tenor, ac fides aliter fieri iudici, debitumq; vel solutionē jurejurando creditor aut debitor necessario & à iudice imposito obtinere potest; cum ab instrumentis obligatio non dependeat, nec res instrumentis gerantur, sed in hæc rei gestæ testimonium confera-

feratur, *l. 12. C. de prob. nec creditorem debitoremve probationis ob defectum debito citra suam culpam carere, vel idem bis solvere, æquum sit. l. 5. C. de fid. instr. ubi tamen observandum, quod iussus exhibere instrumenta ea vel edere vel probare juramento iussu vel permissu iudicis debeat, se non habere, nec dolosè vel malitiosè habere desiisse, l. ult. C. de fid. instr. vid. Carpz. part. 1. rer. crim. qv. 39. in fin. & Jurispr. for. part. 4. const. 17. def. 15. ibidemq; insigne Scabin. præjudiciū. add. Brunm. & Peretz. ad C. tit. de fid. instr. n. 26.*

Pari ratione creditori, pignore sine illius culpa perempto, quicquid in pignus creditum, repetere à debitore aut fidejussore ejus licet, *l. 21. §. 2 ff. de pign. l. 30. ff. de pign. act. l. 9. l. 5. & l. 6. C. eod. l. 52. ff. de fidejuss. §. f. I. quib. mod. re contr. obl. in quib9 locis cavetur, casum fortuitū non ad creditorem, sed debitorem aut fidejussorem ejus pertinere; Hering. de fidejuss. c. 20. n. 34. quoniam pignus manet in bonis debitoris & creditor tantum dolum & culpam præstat. l. 23. ff. de R. J. nam si diligentiam in custodienda re exhibuerit talem, qualem passim in suis rebus patres familiarum, aut quam consuetudo loci servat, nihil est quod imputetur creditori. l. 135. de V. S. c. frater. 47. dist. 50. Nisi si inter contrahentes convenerit, ut creditor omnibus casibus teneretur. arg. l. 1. C. de comm. d. l. 6. in f. C. de pign. act. vel si non amissionem rei pignoratæ fraudulenter mentitus fuerit creditor, quo casu iisdem subjectus fatis, qualibus depositum in incendio inficians & restituere detrectans. per ea quæ sup. th. 27. Tenetur tamen creditor casum fortuitum probare manifestis argumentis, l. 5. C. de fid. Instr. Scheplitz. ad Klamm. prompt. jur. tit. 35. §. 11. per tot. & contra ad debitorem pertinet probatio culpæ, per quam periisse pignus causatur. arg. l. 18. §. 1. ff. de probat. l. 57. ff. de administr. & per. tut. Oldend. act. for. prog. class. 3. p. m. 361.*

An pignore perempto creditum citra pignoris restitutionem reddendum?

Thef. 30.

Quot an-
nis incen-
dii crimen
præscriba-
tur?

Incendii delictum, sicut cetera quoque; ferè crimina, vigin-
ti annorum silentio præscribitur; *l. 3. ff. de reqv. vel abs.*
damn. l. 12. C. ad l. Corn. de fals. ibiq; Brunn. Additum ferè,
propter illa, nempe quæ descendunt ex *l. Jul. de adulteriis,*
l. 29. §. 5. & seq. ff. ad l. Jul. de adult. peculatûs, l. 7. ff. ad l. Jul.
pecul. Siliano Scto, l. 13. ff. de Scto Silan. & quinquennio
tolluntur, item, quod ex *l. Pomp. de parricidiis,* & nullâ
temporis præscriptione depellitur. *Gotofr. ad d. l. 12. C.*
t. lit. c. Veluti enim in civilibus caussis necessaria visa præ-
scriptio, certiq; fines actionibus dati publicæ utilitatis cau-
sâ. *pr. Inst. de perp. & temp. act. ibiq;* Vinn. ne rerum dominia
in incerto forent, *pr. Inst. de usuc. l. 1. pr. ff. d. t. &* ut aliquis li-
tium finis esset, *l. 5. ff. pro suo l. 13. C. de judic.* ita in criminali-
bus etiam necessaria ea visa, certumq; constitutum tem-
pus, quo elapso delictum extingvatur, ita ut pœna cesset, &
reus ulterius conveniri neqveat. *Carpz. part. 3. pr. crim. q.*
141. n. 5. & seq. Similiter civilis incensarum ædium actio ex
l. Aquil. ad instar ceterarum præscriptione solitâ clauditur.
per l. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Hæc autem omnia ita re-
ctè se habent, nisi ante completam præscriptionem libel-
lus accusationis exhibitus, vel à magistratu ex officio inqvi-
sitio formata; quibus casibus interrumpitur præscriptio, &
reus, licet viginti & plures annos fugitivus absensq; postea
captus puniri potest. *Sand. decis. Fris. lib. 5. tit. 9. def. 2.*

Thes. 31.

Incendii
contraria.

Contraria incendiorum regulariter omnia ea, quæ ad-
versa ignibus sunt; præcipuè aqua, acetum, lac, & item vir-
ginis primùm menstruata subucula, aliquando et sanguis
vitulinus, de quibus infra, maximè pietas solertiaq; homi-
num. Nimirum ut numine etiam incendia non rarò fiunt,
sic

hic Numinum reconciliatione prævertuntur quoque; Hinc
Ovid. l. 1. de art. am.

Flectitur iratus voce rogante Deus.

& Salust. Cat. vigilando, ait, agendo, benè consulendo pro-
sperè omnia cedunt. Debet itaq; primò magistratus sacro-
rum curam habere, tam suæ ipsius existimationis, quàm le-
gum, & ante omnia Dei memor, *nov. 30. c. 7.* monito Henn.

princeps
cura sacro-
rum ha-
benda.

Arnifæi, dum, turpe sit, inquit, cùm audiamus Turcas aliquot
plagis excipere, qui à consuetis precibus absunt, tam impunè
sacra à Christianis negligi, quæ nunquam, nisi cum publico
damno Reip. neglecta sunt. *pol. c. 15.* Secundò, ut inspectio ca-

Inspectio
caminorū
instituen-
da.

minorum aliorumq; ignibus destinatum locorum instru-
mentorūq; à viris ad hoc deputatis quotannis institua-
tur, defectuumq; emendatio imperetur inhabitantibus; *Mo-*

stocker Feuer-Ordnung de an. 1617. § 1678. §. weil dan auch 1c.
14. in verbis, so wollen wir alle jahr 1c. und soll ein jeder 1c. qui si
omittant inspectionem Deputati, coërceri à ludice arbitra-
riè, pro interesse partis, possunt. Rat. quia officialem in of-
ficio faciendo debitam oportet adhibere diligentiam. *arg.*
l. 33. pr. ff. de admin. § per. tut. Menoch. lib. 2. de arb. jud. qv. cas.

571. n. 4. Tertiò fontes, aquæ ductus & lacus in bona Repub. habendi, *d. ord. §. so sollen auch die zum born verordnete 1c. 45.*

Fontes, aquæ
ductus & la-
cus habendi.

Quartò in conditiones & nomina alienigenorum per por-
tarum vigiles, statis etiam temporibus per apparitores, in-
qvirendum, *Mev. ad jus Lub. lib. 1. art. 2. n. 15.* nec indifferen-
ter recipiendi peregrini; etsi enim publica hospitiorum
necessitas, nec quis regulariter ab hospitii jure excluden-
dus, tamen constat, non nasci cum hominibus virtutes &
mores, sed fieri mutariq; & periculosum est notoriè crimi-
nosos excipere. vid. *Liebenth. colleg. pol. ex. 5. q. 3.* Quintò
cuilibet privato, imprimis den Gastgeberen/Bräweren/Mül-

Inqviren-
dū in condi-
tiones & no-
mina exre-
rorum.

Curiosè de
igni dispi-
ciendum.

Deputati
ad incen-
dia apud
Romanos.

Deputati
ad incen-
dia Ro-
stoch.

geren / item den Gerberen / Beckeren / Schmieden / Tischleren /
Böttcheren / Töpfferen / Meißschlägeren / Schiffszimmerleuten /
Baderen / Pulvermacheren / Theersiederer / Salzhelmelkeren
und dergleichen Händwerkeren / exquisita ignium cura in-
cumbit, nec solùm interdicerè domesticis cum igne cande-
lave nudâ loca cannabe, lino, stramento, fœno, ligno, car-
bonibus aut pice similibusq; repleta noctu adire, sed & vici-
num ea omnia monere, secus, negligentia pœnam dare, *d.*
ord. §. anfänglich ꝛ. & seq. promovere insuper tegularum
mundiciem omni stramine immixto vacuam, nec non cami-
norum amplitudinem, eorumq; annuam purgationem. *d.*
ord. §. damit man ꝛ. 15. in verb. auch sol nach diesem niemand ꝛ.
& §. insonderheit aber ꝛ. 16. in verb. die schorsteine ꝛ. præser-
tim, ubi incendium qvoq; in camino exortum certa multâ
luere teneatur. *d. ord. §. wie dann ꝛ. 17. in verb. und do eini-
ger schorstein ꝛ.* Inde apud vetustiores Rom. incendiis arcen-
dis obruendisq; destinati triumviri nocturni, ædiles etiam &
tribuni plebis; familia item publica circa portam & muros
disposita, privata qvoq; familia incendia vel mercede vel
gratiâ restingvens; posteaq; pluribus uno die exortis incen-
diis ab Augusto Cæsare pro salute Reipub. deputati: Septem
militum Cohortes, ipsisq; singuli tribuni præpositi, univer-
sis præfectus vigilum tota nocte vigilans & coërrans calcia-
tus cum hamis & dolabris, monens adhæc cives de custodi-
endo igne & aquam in cœnaculo præsto habendo. *l. 1. 2. & 3. ff.*
de off. præf. vig. vid. Joh. Lud. Gotofr. *archontol. cosm. lib. 1. de*
terr. ac dom. Pont. R. p. m. 26. col. 1. in f. Inde & apud nos aver-
runcandis & opprimendis incendiis occupati: Turrium cu-
stodes die Thürmer oder Thurmänner / quorum conducti-
tia cura est, huc atq; illuc è turri civitatis ædificia de nocte
intueri, tubâq; vel campanâ singulas in horas vigili signum
edere;

edere; triginta olim, nunc viginti quatuor, nocturni vicos certo pro stipendio cum hastis pervagantes (alibi cornu aut nolá sveltis horis personantes) Excubitores, *die Nacht und Schaarwächtere*/ Architecti, Cæmentarii, Aurigæ, Bajuli & Bajulorum administri, Opifices, Molitores, Piscatores, Socii navicularii &c. qualibus pro officio præstito sua etiam, ad certum tamen modum, rectè constituta merces. *d. ord. §. der nun am ersten* 2c. 25. Indeq; ista depellendo igni idonea & adminiculantia jure civili & moribus composita instrumenta, laternæ, tubæ, campanæ, calcei, hamæ, dolabra, siphones, scælæ, situlæ atq; id genus vasa aquaria plura. *d. l. 3. ff. de off. præf. vig. §. l. 12. §. 18. ff. de instrum. vel instr. leg. vid. Adr. Turneb. advers. lib. 19. c. 23. per tot. item citatas sæpius ordin. de an. 1617. & 1678.* Inter hæc conducibilissimam aquam supra, atq; acetum, & lac, & puellæ primodùm menstruatæ interulam, ac vitulinum sanguinem, principe loco non immeritò posui. Eruditè Plinius, aqua, inquit, ceteris elementis imperat, terras devorat, flammæ necat, &c. *nat. hist. lib. 31. c. 1.* & porrò, calx aquâ accenditur, & Thracius lapis, idemq; oleo restingvitur; ignis autem aceto maximè, *lib. nat. hist. 33. c. 5. in f. & Ulpianus in l. 3. §. 5. ff. de pen. leg. §. d. l. 12. §. 18. ff. de instr. vel instrum. leg.* acetum, ait, extingvendi incendii causâ paratur; *§. ibid. ex Macrob. 7. Saturn. 6.* Gotofredus: acetum solum ex omnibus humoribus crescentem flammam violenter extingvit, dum per frigus suum calorem vincit elementi: atq; pulcrè Kornmannus: Miraculum est, quòd ignis de cælo non nisi lacte extingvitur, miraculum, quòd virginis primùm menstruatæ camisia in ignem projecta eum sistat, &, quòd in incendio Crossensi in Marca Brandenburgica totâ urbe combustâ extingvi sacrarium nequiverit, usqve dum in ignem sanguis vitulinus effusus.

Instrumenta
incendiis
adhibenda.

Aqua.

Acetum.

Lac.
Menstr. virg.

Sanguis vit.

effusus.

effusus. *part. 1. de nat. & mirac. 4. elem. conf. 34. concl. 17. 18.*
 & 19. Mart. Zeiler. *cent. epist. 26. circa f.* quibus subjicio
 illud Coleri *in œcon. rur. & domest. part. 1. lib. 18. in f.* addo,
 quòd & fimi miraculosa in ignibus operatio, teste Plin.
nat. hist. lib. 28. c. 20. dum, si fimi in incendiis aliquid ege-
 ratur è stabulis, faciliùs extrahi, ait, nec recurrere oves
 bovesq; ; addo deniq; & omnia à me scriptis repugnantia,
 eaq; juxtim pro contrariis habeo. *arg. princ. Inst. de his qui
 sui vel al. jur. princ. Instit. de tutel. & l. 8. pr. ff. de accusat.*
 Atque heic ex scito atque lege Amplissimæ Facultatis Juri-
 dicæ termino materiam ceteroqvi amplam, nodosam
 ac luctuosam, sicut ex Cepolla & Turtzan. refert Wesem-
 bec. *part. 5. conf. 277. n. 77. in f.* & ex Gail. *observ. 21. in pr.*
lib. 2. Virg. Pingiz. illustr. quest. Saxon. 24. in pr. imò tam
 odiosam etiam Romanis, ut M. Militium, Cn. Lolium,
 L. Sextilium triumviros, quòd ad incendium in sacra via
 ortum extingvendum tardiùs venerant, tribunus plebis
 die dictâ ad populum damnaverit, Val. Maxim. *lib. 8. c. 1.*
 & usque adeò abominabilem, ut, inter epulas nominatâ,
 aqvas subter mensam profuderint. referente Plin. *nat.*
hist. lib. 28. cap. 2. O sinceram Romulidarum vigilantiam
 & sollicitudinem! At tu nunc superne venturorum spe-
 culator

*Juppiter omnipotens ignes averte futuros,
 Et succure malum per seva incendia passis.*

hoc mei voti caput & summa est, juxta Symm. *7. ep. 9. &
 5. epist. 10.* tuum nomen in secula benedictum sit, qui
 eras, & quies, & qui adventurus in igne es, Deus Israël.
Tob. 3. v. 23. Apocal. 4. v. 8. Esai 66. v. 15.

T A N T U M.

* * *
 * * *





ULB Halle
002 265 036

3



(f)

Sb.

WONA





DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE

INCENDIIS

*ex l. 2. & 3. §. 1. ff. de off. pref. vig. l. 27. §. 9. ff. ad l. Aqu.
l. 5. §. 4. ff. commod. l. 57. pr. ff. de administr. & peric. tut. l. 58. ff. de legat. 1.
l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. l. 9. & 11. ff. de incend. ruin. naufr. l. 28. §. 12.
ff. de pœn. l. 5. c. de peric. & comm. rei vend. l. 18. c. de furt. §. 3. Instit.
de empt. & vend. c. pessimam. 32. q. 8. Deuter. 32. v. 22. Jerem.
15. v. 14. & aliis Juris Civ. Can. & Div. textibus.*

QVAM

DEO Auspice,

Amplifs. JCtorum ordine suffragante,
Nobilissimoq; & Excellentissimo VIRO

DN. D. PETRO MASCOVIO,

JCto & Antecessore celeberrimo, Consistoriisq;
Ecclesiastici in Pomerania Adfessore gravissimo,
PRÆSIDENT DECANO SPECTABILI,

PRO LICENTIA

capessendorum U. J. honorum & privileg.

Doctoralium

in famigeratissima Academia Gryphica,

in Auditorio majori ad d. 7. Maji
publico Eruditorum examini subjcitur

GEORG Amsel / Rostoch.

Urbis patr. Secretar.

GRYPHISWALDIÆ

Typis MATTHÆI DEISCHKEI Acad. Typogr. 1679.

56

1679

19

50

6789

